



**R.P.D. Lvdovici Gomes, Episcopi Sarnensis, sacri Palatii  
Auditoris, Commentarii in iudiciales regulas Cancellariae**

Gómez, Luis

Lvgdvni, 1557

Regula de non iudicando iuxta formam supplicationis, sed literarum expeditarum, sexdecim habet quæstiones, quibus annexitur elegans utriusque signaturæ compendium, in quo multa de effectu uerborum, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63697](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63697)

D

## QVAESTIO SEPTIMA.

**Q**VAERO, quid si eadem die, qua quis moritur, beneficium impetratur, an presumetur eo viuente, an mortuo impetrasse?

**SOLV T I O.** Ut breuiter hoc dubium restringam, iste unus videtur decidi ex his, quae dicam in regula de veritate notitia obitus. in 6. q. & per ea quae scribit Fely. in c. palmaris. in 4. col. de rescrip. videlicet quod pro validitate actus, ut delictum excludatur, ille actus præcedere presumatur, qui ad validandum actum præcedere debuisset, ex quodem modo theorica hic inferri potest, quod quis in dato post obitum impetrasse presumitur.

Tamen diligenter aduertendum est, quod Bonifacius VIII super hoc quandam extrauagantem ad perpetuam rei memoria edidit, quae in lib. bullarum Rotae, cooptato sensu viridi, c. 152. scripta est, quae incipit, Romani pontificis pruidentia, &c. & illa istam quæstionem decidit. Nam ibi Bonifac. voluit, quod omnes imprestationes factæ, & in predictum facienda, etiam motu proprio, de data eiusdem de obitus, nullius momenti sint, omnes effectus inde sequentes annullans. Hoc tamen ibi Bonifa. limitat in beneficiis extra curiam vacantibus locum habere. Secus vero in neficiis, quae in Romana curia, vel locis ultra duas leges dietas à dicta curia, non obstatibus, vacauerint. In quod imprestationes valere voluit, ut ibi latius prosequitur. In que ex textu prædictæ extrauagantis causis noster (quod est perpetuum notandum) deciditur, & limitatur.

REGULA DE NON IUDICANDO IVXTA FORMAM SUPPLICATIONIS, sed literarum expeditarum.



TEM, Cum ante confectionem literarum gratias apostolica sit informis: voluit, statuit, & ordinauit dominus noster, quod iudices in Rom. curia, & in eam pro tempore etiam si sint Sancti Rom. Ecclesie cardinales, causarum Palati Apostolici audiatur, vel quicunq; alijs non iuxta supplicationum signatarum, super predictis imprestationibus vel concessionibus, nisi in dicta curia assentient, commissiones iustitiam continentis per placet vel per

Romana ecclesiæ Vicecancellariorum, iuxta facultatem super hoc sibi A concessam sibi signata, sed iuxta literarum super eisdem impetratis concessionibus confessarum tenores & formas iudicare debent: decernens irritum, &c. et si literæ ipsæ per præoccupationem, vel aliis minus bene expedite reperiantur, ad illorum quorum intercessi, instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per eum officiales, quibus huiusmodi tenores & formas restringere conseruit, ad formas debitæ reducende.

## P R A E F A T I O.

Primus istius regulæ autor Nicolaus Quintus fuit, qui primus omnium regulas iudicarias, & eas omnes, pauca exceptis, quas hodie habemus, digestis: cum ante ipsum nemo predecessorum pontificum id egredit: sed ut plurimum quibusdam formulis literarum expeditionem, ac expectatiuas concernentibus contenti fuerant, ut ex eisdem literis adparet: & haec regula quæ in supplicationibus gracioſis expediendis loquitur, plures alias regulas suffraganeas habet. Nam primi omnium Urbanus Quintus, & Martinus Quintus expeditionem literarum, etiam in expectatiuas necessariam esse statuerunt, volentes, acceptationes ante literarum expeditionem factas, nullius esse momenti, ut in eorum regulis patet, cum antè acceptatio & prouisio cum sola supplicatione valebat, literis non expeditis. ut ex decisi Bisigneti. 4. in tit. de conceſ. præben. adparet. Et hoc idem ad commiſſiones, quod iurisdictionem non tribuerent, literis super gratiis non expeditis, Nicolaus Quintus extendit. Quem in hoc sequuti sunt omnes posteriores pontifices, ut in eorum regulis caetur. Et quod hic generaliter de literis beneficialibus expediendis statutum est, idem in dispensationibus inferius in regula 53. determinatum reperitur. Et eodem modo sequeſcia & executoriales literarum expeditionem requirunt, ut in regula sexagesima non adparet. De quibus omnibus regulis simul hic tractabo, ex quo, eandem materiam continent. Et licet ista regula per omnes ferè pontifices fuerit, prout iacet, innouata: Hadrianus tamen vi. quædam in ea, prout etiam in aliis dubitationis tollendæ causa, addidit. In primis in proemio ista verba addidit (Cùm ante confessionem literarum gratia pAostolica sit informis,

D per hoc designans finalem rationem regulæ. Hoc enim aliis regulis non erat: tamen à decisione Rotæ 19. ann. concess. præben. in houis, accepit. Secundò addidit ille ba (Nisi in curia duntaxat sint commissiones iustitia continentes.) Quasi velit q̄ in curia Romana iudicetur secundum commissiones, etiam sine literarū expeditione, dicte continent commissionem iustitiae, & signentur pellacet, vel per Vice cancellarium. Tertiò addidit, (decrem irritans) quod in aliis regulis non erat. Tamen Rota sibi per tenuit sententiam latam contra regulam producere esse nullam, etiam si in ea non fuerit clausula annullam decreti: quia satis est legē prohibere, ne aliquid fiat. Non omnis lex preceptio decretū irritās habere dicitur, nō tantum Mōder. in l. non dubium. C. de legib. & in l. nemo possit. de leg. i. Sed de his satis. Ad quæstionem veniamus.

## Q V A E S T I O P R I M A .

**Q** UAE R O , an regula ista concursum, similitudinem vel consonantiam cum iure communī habeatur?

**S** O L V T I O . Ista quæstio multūm necessaria est, quia decisione ipsius, in decursu materiæ plures difficultates decidi poterunt. Nam si regula ista cum iure cōmuni accordat, fauorabilis, & extendenda erit. Si vero contra commune, strictam interpretationem recipiet. Errata veritas adpareat, omissis ambagibus, concludēdum est, ut regulam istam in aliquibus iuris communis causam habere. De quo etiam aliquid inferius dicamus.

Tamen nunc pro ista opinione in primis faciunt eas tradit Bal. in l. humanum. circa. fi. C. de legib. Quem legitur Fely. in c. eam te. in 3. col. de rescrisp. Vbi volunt, gratia papæ literarum expeditionem requirere, vt de illa colligatur. Nam de iure cōmuni gratia sub quadā tacita conditione, si literarū expediātur, cōcedi videtur, vt dicit Egid. conf. 24. in 3. col. verf. & puto, &c. Nam per expeditionem forma & perfectio gratiæ datur, vt dicit decisio Rotæ 19. titu. de rescript. In nouis. repetita per Egid. decisione 19. Et licet quo ad esse ipsius gratiæ scriptura non requiri, tamen quo ad probationem necessaria est, vt dicunt omnibus muniter doct. in rubr. de constit. Et ultra ipsos ratio-

opinoris redditur per Egid. decis. 609. incipi. impetrans, A  
 &c. Quia sola supplicatio, ex eo concludenter non probat  
 ius alicui competere: quia forte quādō literāe expediri de-  
 bent, Cancellariae officiales clausulas supplicationis ali-  
 ter extendēt, vel restringēt, & forte super tali supplicatio-  
 ne literas non dabunt: quia, vt experientia docet, plures sup-  
 plicationes expediri non possunt: quia forte in eis aliquæ  
 clausulae, qua contra stylum sunt, ponuntur. Et ideo ante-  
 quam hoc expediamus, supplicatio non videtur certitudi-  
 nem continere: & propterea gratia per solam supplicatio-  
 nem informis per Rotam appellari solet, vt patet decis. 19.  
 de concessi præben. in nouis. Sic etiam videmus, quod in-  
 trans possessionē beneficij, literis non expeditis, licet ha-  
 beat supplicationē, omne ius perdit, vt dicit Fely. in c. ve-  
 niens. in 2. col. de accus. & est tex. in extrauag. iniuncta. A. B  
 illas fruistrā papa in cancellaria tot officiales poneret, dans  
 illis formam per suas regulas expediendi, si sola supplica-  
 tio sine expeditione valeret, vt dicit Egid. in col. 34. Requi-  
 ritur igitur expeditio literarū, quia per illas omne dubium  
 tollitur, & gratia digesta, & habere totaliter perfectionem  
 suam dicitur, vt tradit Oldr. in cons. 324. incip. factum tale  
 est. Dominus noster, &c. in 2. col. versi. quartō, circa renun-  
 tiationem, &c. Nam sola supplicatio adhuc in utero existe-  
 re dicitur, donec per expeditionem literarum in mundum  
 producatur, vt dicebat Bal. per l. contractus. C. de fide in-  
 strum. & reasfumunt Moderni Bononien. rep. rubric. C. de  
 proba. in 13. col. facit dictum Ange. in l. bene à Zenone. C.  
 de quadri. præscrip. de quo mentionem feci in tracta. bre- C  
 uium. num. 4. Inde evenit, quod Rota sepiissime, temporis-  
 bus meis, in pluribus causis voluit, excipientem, seu dan-  
 tem de iure tertij per solam supplicationem ius clarum,  
 neque liquidum producere, donec literæ expeditæ sint:  
 quia in expeditione veritas concessionum discutitur. Nam  
 aliquando videmus, quod supplicatio expediri non potest.  
 Merito igitur Rota iudicauit, illud ius informe & cōfusum  
 esse, adeo q̄ ante literarū expeditionem plerique Docto-  
 res voluerunt non dari canonicū titulum, saltē in suo esse  
 perfecto, vt dicit Egid. decis. 110. in 4. col. & decis. 664. & re-  
 net enī Nicol. Milis quondā auditor Rotæ, in verbo gra-  
 tia Apostolica. cum quibus concordat decis. 458. incipien-

**D** circa secundum.in nouis.Hinc est,quod sumptum de stro supplicationum signatarum, in iudicio fidem non cit,vt dicit Egid.decis.252.Secus autem si sumptum literarum bullatarum extrahatatur, vt dicitur decis.621,in anno repetita in decis.681.alias secundum titulos est decis.621.tul. de proba. Quam decis. sequitur Barthol. Belenzino.Rota auditor in tract.de chari.subsid.q.113.

Et ista omnia, quae de iure cōmuni procedunt, cum dispositione istius regulae cōcordant, quae literarum expeditiōnē etiam requirit. **Q**uod vterius suadetur:qua regula ista, & regula 29.quae disponit commissiōnes non valere, literis non expeditis, & regula 53.quae vult dispensatiōnes etiam non valere, literis non expeditis, omnes

**E** tres regulæ concordant in uno fine, & eandem mentis intentionem habent,vt de se patet.Et tamen Old. probis consi.326.incipien.quod articuli.in 2. & 3.col.versic. prorsim.& versi.item quis dubitat,&c. dictas regulas expeditiōnē literarum in dispensatiōnibus requirentes, ex iure cōmuni concordare,imō idem quod ius communis continere idem dicit Egid.consi.34.in 5.col.in fina.verso & puto quod non, &c. Igitur & in ista regula idem dictum erit.Pro quo optime faciunt motiua eiusdem Old. consi.324.incipien.factum tale est,&c.in 2.col.versi, quō renjuntiationem,&c.consi.seq.incipien.thema quā nō. & latius in consi.328. incip.ad idem.col.2. Ex quā manifestè colligitur dispositionem istius regulę quādū conformitatem & dep̄endentiam à iure cōmuni habet.

**E**t tamen vterius circa pr̄missa aduertendum, quod teræ tunc expeditæ dicuntur, quando in plumbō sunt, pata c.licet ,de cri. falsi.facit quod dicit Domin. ex menti op̄pi in c.sicut.de pr̄ben.lib.6. Et ita in practica scrūtarii refert Felyn.in c. ex diligenti.in fi.de limo.Et tenuit illa in una Salamantina parochialis, de mense Nouemb. M<sup>CCCXIX</sup>. coram R. P. D. Marcello Crescentio, pro magistro Hieronymo Arze. Et licet ita literarum expeditiōnē ad probatioāem propter predicas causas requiratur, p̄ in casu istius regulæ militant: tamen Moderni Vincentii in repe. rubr.de const.in 13.col.hanc regulam factam esse dicunt propter alias causas, quae secundū ipsos duos possunt, p̄ opter quas papa ad faciendam istam regulam

tus fuerit. Prima, ut falsitates quæ in supplicationibus faci- A  
lius committuntur, quam in bullis, propter adpositionem  
manum plurimorum officialium, ut dicit text. in l. fina. C.  
de codicil. Secunda ratio, ne si sola supplicatio absque li-  
terarum expeditione sufficeret, officialibus Romanæ cu-  
riae praediudicium inferatur, qui ob eam causam bona fide  
officia sua à sede apostolica emerunt, ut inde emolumen-  
tum aliquod ex adpositione manuum eorundem capiant.  
Et secundum istas rationes alias regulæ cancellariæ, expe-  
ditionem literarum requirentes, regulantur. Et iustifica-  
tur decisio Egid. 644. incip. si papa, &c. qui voluit gratiam  
per solam supplicationem factam ante literarum expedi-  
tionem ius effectuale in personâ prouisi non inducere, a-  
deo quod si prouisi ante literas cœfectas cù sola supplica- B  
tione moreretur, aut matrimoniu contraheret, vel religio  
nem profiteretur, nihil per eius obitum, matrimoniu, vel pro-  
fessione vacaret, ut ibi per eū. Et hoc tentit Egid. decis. 69.  
Tamen considerandum est, q̄ licet predictæ rationes  
vere sint, habito respectu ad istam reg. quæ probationem  
requirit, qua certitudinaliter per solam supplicationem  
facta non potest, donec videatur si illa expediri possit, vt  
superius dixi: non tamen militant, quo ad essentiam gra-  
tiae, quæ in sola supplicatione consistit, quia eo ipso, quod  
papa dicit, Fiat gratia absq; alio administriculo literarum fa-  
cta est, ut dicit Calde. in c. quisquis. de electio. cum multis  
concor. que more suo congerit And. sicut. in ca. in nostra.  
in s. col. nu. 19. de rescript. iuxta illud Lucæ cap. i. Fiat mihi C  
secundum verbum tuum. & inferius dicam, dum declarabo  
signaturam gratiae factam per verbum, Fiat. Et secundum  
hoc illa decisio Egidij. 644. vera non erit, nec hodie in pra-  
dicta teneatur: sed feruatur quædam decis. 882. in antiq. in-  
cip. Nota, quod vbi gratia est facta, &c. quæ disponit bene-  
ficium per obitum illius vacare, qui mortuus fuit, cum sola  
supplicatione ante cœfectas literas. De quo latè loquitur  
lo. And. post Archidia. in procemio lib. 6. & Barb. in d. c. in  
nostra. Redendo igitur ad propositum, dico, quod regu-  
ista in hoc cum iure cōmuni concordat: quia de iure com-  
muni sola supplicatio indubitata probationē juris non  
inducit proper interpretationem clausularū, quæ in expe-  
ditione literarū per abbreviatorēs & alios officiales fieri

**D**icitur solet. Et propterea hic papa iudicibus mandat non debere iudicare iuxta formam supplicationum. Et secundum haec deci. Egidij, & aliorum recte procedunt, & rationes mutant superioris factae per Modernos Vincentinos.

Tamen quo ad essentiam gratiae, ista regula secundum interpretationem communem a iure comuni discordat, etiam dixit Glossator hic, & superioris in regula 8. Et recessus mit notabiliter Soci. in consil. 41. in 2. & 3. col. lib. 3. Et cum istam interpretationem saluat prædicta decisio 88. quod considerat ius tantum in supplicatione confitere; qualiter non dant ius in re, nec ad rem, sed sola gratia. Et iure talis gratia secundum aliquos informis dicatur, cum per literas forma detur illi gratia: tamen illa forma formam.

**E**st seu essentialis non est, sed probatoria, ut dicit Geminus consil. 106. 2. col. versi. in contrarium. Requiruntur igit literae quo ad probationem, & quo ad executionem gratiae & provisionem, respectu executorum, & fulminacionis processuum, ut in expectatiis, & similibus adparet, quod cum sola supplicatione fieri non possint. Licet etiam, quod casibus sola supplicatio sufficiat, teneat decisio Rotuli capituli, titulo de concess. præben. in antiquiori, quam dicta missa bilinge Felyn. in c. eam te. col. pen. de rescript. Et hoc modo procedit etiam, quod dicunt Moderni. in tract. pensionum quæst. II. videlicet, quod pensio imposita de consensu solam supplicationem debetur, & transit ad successores etiam literis non expeditis. Imo potest agi ad cæsuras per-

**F**ictas in supplicatione cum ea sola, licet quando agerent ad priuationem, ob non solutionem, literae ad probationem requirantur, ut dicit ista regula. Et ita iudicavit Rotulus & signatura in casu contingenti, ut refert Dominus Celle in collecta decisionum. Quanvis etiam circa illud dictum de exactione pensionis, literis non expeditis, quod conscientia fieri non possit, aliqui ex antiquis doctore Cancellariæ dubitauerint, ut refert Hieronymus Paulus ac quis Cancellariæ apostolicae corrector, col. lib. qui videlicet igit ex prædictis ostendit reg. istam, dependentem & similitudinem, siue quandam consonantiam cum iure comuni habere. Pro quo plura scribitur Moderni Pagini repetentes tit. de costi. in charta si. Et vterius, quid ex-

io literarum operetur, dicam in vna quæst. super regula de  
subrogandis.

<sup>†</sup>Quod est  
in uno co-  
ceditar, in

## QVÆSTIO SECUNDA.

**V**AERO, nūquid ista regula extra curiā locū habeat? alīs negat:  
**SOLVIT.** Videtur dicendum, quod non, quia ut etiā pro  
text. iste de iudicibus in Roma curia deputatis lo- solidū exē-  
quitur. Ergo contrariū in aliis dicendum est: quia positio quidēbeat,  
vnius, alterius exclusio est. I. cum prætor, cum similibus ff. quod p̄cu-  
de iudi. Et isto modo argumētādī vtitur Angelus in repet. ratio emis-  
si vacantia. colum. 6. C. de bo. vacan. & Decius in l. i. co- fa p̄scrī-  
lum. 14. de offic. eius. & alibi s̄p̄pe. Et pro ista opinione fa- p̄serit. I. ma-  
ritus. C. de  
cit, quia regula. 53. quæ est isti similis, & disp̄sationes non p̄ou. Ieide si  
valere disponit, nisi literis expeditis, extra curiam nō pro- cui p̄ficio  
cedit, ut aliās tenuit Rota. Secūdum quod refert dominus nī speciali-  
Gulielmus Cassiodorus in quadā sua decisione, super re- ter defini-  
gula, de iuſfirmis resignā, &c. quæ incipit, s̄p̄pius fuit dispu- ta est cōpē  
dictam regulam. 52. locū non habere in disp̄satione facta I. cum ita  
allegato extra curiam. Contrarium tamen tenet Glossator ff. de cond.  
hic in secunda colum. & ad illū tex. respondet, videlicet, & demōst.  
quod ista verba, in Romana curia, exempli causa ponuntur, Que igitur  
quod regulam non restrinxit. arg. ca. i. ne cle. vel mona. Et cessitatē re-  
pro ista opinione. Glossatoris facit pro c̄mū regulæ anti- cepta sunt,  
que per Nicolau. v. cōditæ, vbi Nicolaus hoc modo exor- nō debet in  
ditur: Quia plarique litiū strepitū disp̄diū amplectētes, argumenta  
frequenter illas per signaturā, super quibus apostolica litera trahi: ut I.  
re confiendi forent, supplicationū exhibitiones protra- ff. de regul.  
here nō expaescunt, ut dispendiis obvietur, & litibus hu- iur. ut in ca-  
iusmodi finis quāto citius imponatur. Statuit, &c. Ita sunt p̄tiū redi-  
verba formalia pro c̄mij illius regulæ primō conditæ, quæ mendis, ex  
generalia sunt, & militant ita extra curiam, sicut in curia, & rei sacre  
ita etiam in simili quæſtione ponderatum fuit pro c̄mij alienatio p  
reg. de ann. vi ibi dixi. Cum igitur ratio pro c̄mij sit gene- mittitur: ut  
ralis, conueniens est, quod regula generalis esse debeat. C. de sacro  
Quid dicēdum? Puto prima opinionem veriorem esse: fanc. eccl. es.  
quia ista regula nō loquitur nisi de iudicibus deputatis in non trahit,  
Romana curia, etiā si cardinales vel auditores fuerint. Ex- ut indistin-

S

Ad aliena<sup>m</sup> go intentionis papæ fuit, nolle regulam ligare extra curia  
 pmitta<sup>m</sup> alias si voluisset, hoc dixisset. argu. cap. ad audientiam  
 curvi gl. d. quia si contrarium dicere mus, magna seruitus & longa  
 pter. Nam disp endium gentibus Ultramotanis in longinquis regi-  
 quod con nibus habitantibus imponeretur, gratias sola supplicia  
 era ratione ne ab eorum ordinariis factas, ad curiam pro expeditione  
 auris rece<sup>m</sup> bullarum mittere deberent, cum tamē quotidie videamus  
 pū est non in Rota dictas gratias sine cōfessione literarum, nisi con-  
 cedum ad solo instrumento notarij, & sigillo Episcopi approbata  
 consequen canonizari. Et idē inscōueniens resultat, si gratia facta per  
 sias. quod papam nō probaret coram ordinariis, facta recognoscatur  
 cōtraff. de per testes, nisi literis expeditis. Esset enim valde absurdi,  
 reg. iur. nisi quod diūdicia & tribunalia ordinario<sup>rū</sup>, secūdum istam re-  
 maior, & gulam regulentur, & quod iudicia eorū suspendantur,  
 si oīestet, tūc quequo literæ in curia expediantur, cū tamē ordinariis  
 cilm in ali- cūdum ius cōmune procedere debeant, quod literari  
 quo casu peditio<sup>n</sup>e nō requirit, sed solam nudā & simplicem signa-  
 ficiātia ma- turā, vt notatur in cle. dudum. §. nos enim de seputul-  
 es, qui iuri<sup>s</sup> cap. institutionis. 25. q. 2. cum alis concord. ut superius  
 dictio<sup>i</sup> pre- prima quæstio<sup>n</sup>e dixi, & ita in practica seruari videmus.  
 est, ad limi- quod dictū est de ista regula, idem dicendum est de regu-  
 lia procede- re, arque 53. infra eod. vi dictū fuit superius. Sic etiā & de alia regu-  
 ita ius dice dici potest, quæ in executorialibus literarum expedi-  
 re debet. I. requirit, vt videlicet in executorialibus legatorum & co-  
 non pos- nariorum non procedat. Et nunc de mense Novemb. a.s.  
 legib. & se attentatorum parochialis filiorum Corui, hoc idem dicitur  
 f. de xxxviii. coram eodem R. D. Ioan. Paulo in vna lucu-  
 propositorum fuit. Nam papa cōmiserat causam in partibus  
 supplicatione introclusa. & iudex in partibus protulit sententiam literis nō expeditis: fuit dubitatum, utrum regula  
 ista haberet locū. & Glossator in regula 29. tenet quod non  
 quia regula ista loquitur de supplicatione. & breue modo  
 simpliciter supplicatio, sed est quid mistū, & ideo fuit sim-  
 plicibus mistum non comprehenditur, vt in c. statuum  
 elect. lib. 6. nescio tamen quid Rota tunc concluderit, cu-  
 decisioni propter aduersam valetudinem non interficiat  
 ista opinio mihi placet, in qua tunc fuerunt egregii pla-  
 doctores, & secundum eam Rota paulò antea vnam ca-  
 sam similem deciderat coram D. Paulo Capifucco, de quā  
 in tract. breuium in 8. & 9. num. mentionem facio.

QVATR

## QVÆSTIO TERTIA.

**Q**UÆRITO, an regula ista procedat quādo ordinarius prouidit in curia de beneficiis vacant, in sua, diœceti, videlicet, ut prouisus tunc teneatur literas expedire?

**SOLVITIO.** Dicendum est quōd non, quia prouisio ordinarij sufficit beneficiato quo ad hoc, ut dicatur haberē titulu vigore cuius possit cū bona conscientia beneficium possidere ut superiorius in quæstione proxima dictum est.

Sed maius dubiū est, nunquid Episcopus in curia posset prouidere? Videtur quōd non, quia præsente papa, nullus potest iurisdictionem ordinarij exercere, ut dicit Archid. in cap. experientiæ. n. q. 1. & dicam inferius. q. vlti. pro quo facit text. in l. 1. ff. de offic. procon. Sed tenendo contrarium respondetur ad hoc, quōd dictum Archid. in iurisdictione contentio sa propter rationes positas in d. vlti. q. procedit, sed secus in voluntaria, prout est cōferre beneficia, quia talis iurisdictione extra diœcesum exerceri potest, ut dicit Ioan. Andr. post Ioan. Mona. in c. si beneficia de præbend. lib. 6. & hoc tenet Innoc. in cap. quia diversitatem in fin. de consell. præbend. sequitur. Pra pos. in cap. qui aliquo. col. fin. si. distinct. & eodem modo legatus in curia beneficia suæ provinciæ referuare, vel cōferre poterit, ut tenent Moder. in tract. reservatio. in 10. q. 4. q. princ. & propterea non requirunt, quōd prouisus ab eo literas expeditat.

Sed hoc de stylo solet modisicari, secundum quod dicit Hieronym. Paulus, antiquus Cancellariae vicecorrector, in illo libro, qui Practica Cancellariae appellatur. fol. 82, vbi dicit, quōd communiter Episcopi vadunt extra urbem ad conferendum, ad hoc, ut dicantur esse in aliena diœcesi. Sed Moder. in d. tract. referunt D. Auinionen. hoc obseruasse, quando papa in curia præsens erat: ubi vero erat absentia, tunc in curia conferebat, & adiunctis istis verbis, videlicet, absente S. D. N. ab yrbe. Itaque siue uno modo, siue alio, quæstioni satisfactum est.

## QVÆSTIO QVARTA.

**Q**UÆRITO, an ista regula habeat locum in accessu, vel tressu, ex causa onerosa, & per viam contractus?

**SOLVITIO.** Hodie, qua numeratur, 14. Martij M.D.XXXVII. in una Hispanen. canonicatus, corā R.P.D.

S ij



D<sup>r</sup> Marcello Episcopo Marsican<sup>o</sup>, per omnes Dominos, ceptis duobus, conclusum fuit, regula istam, & aliam, qua tunc principaliter agebatur, videlicet, quod acceptio super gratiis, nisi literis expeditis, non valeat, iure locum etiam in regressu.

Tamen predictis obstat, quia regressus ex causa oneri propriè grata non dicitur: ex quo potius inquam compensatione exhibiti beneficij concedi videtur, quam ipote & liberè, juxta ea quæ scribit Ias. de donatione remunratoria in l. ex hoc iure. f. de iusti. & iur. & quæ latius frambam in regula de publicandis resig. in illa quest. an regul habeat locum in permutatione. Ad idem facit, quia nos mus regulam Cancellaria de nō vredo duabus gratiis, si habere locum, quando gratiæ concessæ fuerint ex causa onerosa, ut refert D. Guliel. Algaren. Rotam ita iudicat.

Et ideo, ut hęc omnia elucescant, pro resolutione istius contrariorum considerandum est, quod aut in iudicio potitur canonizati gratia accessus vel regressus: vel rigida dicta gratiæ beneficium adiudicari peritur. Et isto casu sola supplicatio non sufficit, sed litteræ expeditæ requiriunt: alias tam regula ista quam regula 29. locum habebit, ac vero ad canonizatoriā, vel ad iudicatoriam sententiam non agitur, sed ad absolvitoriam. Et isto casu sola supplicatio accessus, vel regressus sufficit. Ita in una Redonensis rochialis sancti Hilarij, coram D. Triuultio, & in duas aliis causis tenuit, & iudicauit Rota, prout refert D. Gallo. Fin collectaneis decisionū. tit. de re iud. Et sic etiam tempore meo, vidi in pluribus causis iudicari. Et hoc prout etiam si actor habefet sententias pro se, quia possent rescribi, cōstituto de iure possessoris pēs solam supplicationem: etiam si illa supplicatio ius tertii concernat: quia talis sola supplicatio quo ad absolvitoriam sufficeret, ut in dicta causa Redonensis contigit. Quia absolvitoria pro quodlibet eo bō possesso data fuit, qui de iure tertii per supplicationem solam dederat. Et sic sententia Triuultio canonizatrix gratiæ, si neutri, ipsius actoris reuocata fuit. Et illam Anto. de Mote, qui postea cardinalis fuit, reuocauit. Et etiam tempore meo Rota iudicauit in una Bürgen beneficiorum, coram D. Camillo de Balionibus de mense Ma- M. D<sup>r</sup> XXXII. in favorem Francisci Pesquera, qui de supplicio

etatione juris tertij, quo ad absolvitoria dedit. Et ista omnia A  
in ratione iuris consistunt: quia si actore non probante,  
reus, etiam si nihil producat, absoluvi debet. l. fina. C. de  
rei vend. & c. fi. de iuri. iur. & decis. i. 3. & 4. de re iud. in no-  
uis. Tanto fortius reus absoluvi debet, quād aliquid pro-  
ducit. Nec obstat, quād iurisdictio auditori non datur, nisi  
literis expeditis, vt in d. regula 29. Quia procedit hoc in  
canonizatoria, secus in absolvitoria in odium molestatis,  
quod fieri potest. Nam quo ad hoc iurisdictio datur, sicut  
pro condemnatione expensarum & damnorum iudici ex  
rescripto nullo iurisdictio tribuitur, vt tradit Abb. in c. di-  
lectus. el. 3. de præbend. & Moder. in cap. fin. de rescript. &  
in cap. dispensaria. eod. titu. lib. 6. B

## QVÆSTIO QUINTA.

**Q**UÆR O, an regula ista habeat locum quando agi-  
tur possessorio?

**SOLUTIO.** Generalitas verborum eius innuit  
quād sit, tamē contrarium sāpē in Rota fuit tentum: quia  
agenti spoliato colorem tituli per solam supplicationem  
probare sufficit. Imō sola prouisio subexecutoris p. colo-  
re sufficit, vt dicit Egid. decis. 573, incipien. spoliatus. Vel  
etiam sola prouisio, sive collatio vicarii Episcopi, vt dicit  
idem Egid. decis. 50. incipiē. si petens. A fortiori rigitur gra-  
tia signata per papā sufficiat, de cuius potestate nemo du-  
bitat. Imō confessio tituli aduersarij expoliato pro colore C  
sufficit, vt tenet Felyn. in cap. olim. colum. 6. versicu. limita  
secundo. de rescript. & Philip. Francise. in cap. ad decimas.  
colum. 9. de restit. spol. & in cap. i. colum. 4. de eo, qui mir.  
in possib. 6. Præpos. in cap. i. & col. 13. q. 1. & in cap. porrò.  
col. 4. de diuor. Et hāc opinionem tenet, & seruat Rota, vt  
pareat in decis. 19. de rest. spol. in no. Ratio est, qd possessio  
canonicæ per solam supplicationem signatam & dotatam  
capi potest. Nec reperitur, nisi in consistorialibus requiri  
literas, per extrauag. iniunctæ. tit. de elect. cum aliâs de iu-  
re communi, etiam sine illis sola supplicatio sufficiebat. Et  
nāntelligi debent, quæ scribit Fely. in cap. veniens. col. 2.  
de accusat. Nam vt superius in t. q. dictum fuit, gratia prin-  
cipis per solam signaturam recipit esse. Et literæ solum in  
ita regula ad probationem, prout de iure cōmuni, requi-  
runtur ut tradit Abb. col. fi. & alij in c. in nostra. de rescript.

S iii



D Hinc videmus, quod dispensatio ad duo incompatibilias  
solam supplicationem fortitur effectum, non obstante  
gula 53, quae disponit dispensationem non suffragari  
literis expeditis, ut dicit Glossator in regu. 13. colum. fin.  
Et tenuit Rota in una Illerden. Archidiaconatus coram  
Straphileo, de mensa Ianuario m. D X X V I . in qua fuit con-  
clusum in favorem Ioan. Beltrandi, dispensatione ad duo  
incompatibilia sustineti posse per solam supplicationem, ca-  
ius vigore d. Ioannes obtinuit, & dicta beneficia possedet.  
Et hoc quando non agitur super dictis beneficiis incom-  
patibilibus iam obtentis, sed super alio beneficio postea  
quirendo. Nam in casu praedicto dictus Ioannes postquam  
vigore dispensationis obtinuerat, & possederat plura  
E compatibilia, acquisiuit postea dictum Archidiaconatum  
Illerden. alius illum impetravit sub praetextu, quod dictu  
Ioannes possederat plura incompatibilia cu[m] sola sup-  
plicatione literis non expeditis. Et sic quod erat effectus  
habilis, quo ab obtinendu[m], Rota conclusit, ut dixi, hoc cu[m]  
su regulam non obstat, quia sola supplicatio sufficiebat  
excusandam inhabilitatem beneficiorum acquirendorum  
secus si ageretur super acquisitis & possesis, cum sola sup-  
plicatione. Et eo etiam casu sufficeret secundu[m] Rotam  
te sententiā dispensationem expedire, non obstante, quod  
tempore litis mota litera expedita non fuissent, quia  
illi regulæ 53. satisfactum esset. Ita latè refert tenuide Ro  
Domin. Guliel. in collectaneis decisio. Vbi longo verbis  
F ambitu hoc discutit, ut ibi videri potest. Si igitur quae  
proxima decisione dicta sunt, quod agitur petitio pro-  
cedunt, à fortiori hic, vbi possessorio agitur. Et ista senti-  
tatio quo ad istam regulam satis resoluta videtur.  
Sed magis huic difficultati obstat regula 29. que comi-  
sionē causæ non valere, nisi literis expeditis disponit. Vnde  
ex quo absolute regula illa loquitur de commissione ca-  
sa intelligi potest, siue sit causa possessori, siue petitor.  
Quia verba indistincte prolatæ omnē casum cōprehēderi  
nisi excipiatur. c. 2. de coniug. lepro. & c. 1. de cōtit. Tantum  
quia in causa possessori de canonizatoria, neq[ue] de adiutoria  
catoria non agitur, sed de tollenda molestia illata. Per quod  
quidem remedium, nihil expoliato de novo tribuuntur, re-  
tantū in eo statu, in quo prius erat, cōseruatur. Volut Rota

ta in odiū spoliātiū vtranq; regulam locū non habere, A quando ageretur spolio, & sic possessorio. Et ita D. Guliel. super illa regula. 29. Rotam in pluribus causis ita tenuisse & iudicasse refert. Nam si rei sēpissime in Rota cum sola supplicatione pro cōseruanda eorū possessione absoluuntur, à fortiori expoliati ad prius habita, cum sola supplicatione restitui debent. Quia suffici illa supplicatio sola pro colore tituli. Sicut etiam sufficit supplicatio nouæ prouisionis ad supplendū defectum publicationis per regulam requisite, vt iudicauit Rota coram Domino Cassiodoro in vna Caurien. canonicatus & præbendæ, vt ipse idem refert in quadam decisione. Et sic semper Rota omnes regulas requirentes literarum expeditionem in petitorio, non autem in possessorio procedere intellexit, vbi gratia canonizari non petitur, seu supplicatio quæ tantū pro colore tituli producitur. Hinc est, quod quando de titulo beneficii non agitur, sed de possessione, leuiores & summa- rie sufficiunt, vt dicit Egid. decis. 50. & 99. Et defectus proprietatis nō attenditur. Hinc voluit Rota, quod agéti spolio nō obstat notorius defectus iuris, cōtra dictū Innoc. in c. constitutus. de fil. pres. byre. Et ita de mense Ianuario M. D. XIX. refert se in prædictis pronuntiasse in vna Lausonen. D. Guliel. Cassiodorus in quadam decisione. quam sententiā confirmauit. R. P. D. Paulus, vt ibi latius refert.

## QVAESTIO SEXTA.

**V**AERO, quæ differentia est inter istam regulam, & illam positam, num. 53. quæ disponit, dispensationes C non suffragari, nisi literis expeditis?

**SOLVITIO.** Ista regula iudicem respicit, adeo, quod si tempore commissionis literæ expeditæ non sunt, gratia non valet, nec sententia, quia respicit initium iurisdictionis, quæ per istam regulam tollitur, nisi forma in eo contenta fueretur. Sed in regula 53. respectus ad possessionem, & ad actum extraiudiciale habetur. Ideo sufficit, quod ante sententiam literæ dispensationis expediantur, quia regula illa ad iudicem non dirigitur. Et ita iudicauit Rota in illa Illerden. Archidiacōnatus, de qua suprà in proxima quæstione mentionem feci.

Pro quorum intelligētia est vltierius aduertēdum, quod plures sunt regulæ cancellariae requirentes literarum cx-

D'peditionem. Prima est ista quæ iudicibus legem imponne secundū tenorem supplicationum iudicare debeat; nisi literis expeditis. Et ista regula, ut dixi, concernit iudices. Alia regula est inferius posita. nume. 29. quæ omnes commissiones factas super concessionibus beneficiorum, nisi super illis prius literæ sint confectæ annullat. Et illa regula etiam ad iudicē dirigitur, adeo, quod in virtutis iurisdictione sub modo datur. Et ad euitandum pœnam istarum regulorum, aliquæ cautelæ per practicos curiales inventa sunt, quas latissimè inferius in 16. quæst. referam, dum exceptio nem istius regulæ examinabo, ubi sumpta occasione aliquid de signature gratiæ & iustitiæ ponam. & iste duæ regulæ iudiciales sunt, & ideo sunt de dandis. Tertia regula est, quæ est ordine 37. etiam literarum expeditione regrens, videlicet, quando religiosi aliquod beneficium ad insitum irreuocabile petunt, & ista regula potius literarum expeditores q̄ iudicem cōcernit, ideo de dandis nō est, nisi circa modum expediendi versatur. Quarta regula est, nū, quæ in sequestris & remissoriis literarum expeditione requirit, & ista regula propter continuas derogationes non est alicuius momenti, quia nunquam vidi remissorias nisi per literas plumbatas, quāvis longo tempore fuerint Rota. Sola igitur commissione illi regulæ per Vicecancelarium derogatur, & certè deleri deberet, ne membrum occuparet, quia etiam pro tam modica re, prout est legatum, & similia, non est honestum requiri literarum expeditiōnem, cum iam supérq; satis litigantes in lictibus sequendis exponunt. Quinta regula est, quod nullæ pensiones soluantur, nisi literis expeditis: de qua mentionem facit vulgatus liber Provinciale ecclesiastū. fol. 45. & Cibator hic col. fin. Sed istam regulam hodie non habemus, quia partes ut plurimum supplicationi consentiunt, & obligant, etiam literis non expeditis, pensionem solent. Sexta regula est quæ fuit antiqua, & per Modernos pacifices renouata, quod acceptationes super gratiis expeditiis nō valeant, nisi literis cōfectis. Et isti regulæ aliquando derogatur, præsertim in reservationibus & mandatis cōcessis qualificatis personis: sed in expectariis rarissime conceditur, & tunc ad partem. Et ista regula ex quo concinit gratiam, licet principaliter ad iudicē non dirigatur.

em imponit  
e debet, n  
nit iudicent  
omnes con  
fessorum, n  
Et illa regu  
lq; iurisdictio  
tarum regula  
nuentur su  
dum excepto  
occasio de  
& ista duxi  
Tertia regu  
ditione res  
eneficiū ad  
s literarū es  
is nō est, qu  
ula est, nō d  
peditionē  
gationes an  
nissorias m  
ore fuerim  
r Vicecanc  
e membran  
out est leg  
erarum exp  
in libris p  
d nullā p  
a mentione  
l. 45. & Ch  
on habem  
sentiunt, q  
nem foli  
dernos p  
atiis expedit  
gula aliquas  
& mandib  
cius rariam  
quo conce  
dirigatur,

## QVAESTIO SEPTIMA.

**V**AERO, an regula ista procedat in gratia revalidatio  
toria, seu perinde valere, ut videlicet in eis expedi  
tio requiratur, sicut in principali gratia?

**SOLVITIO.** Videtur quod nō, per ea quā in illa questio  
ne de accessu & regressu dicta fuerunt. Et quia regula lo  
quens de expeditione literarum, de literis primae gratiae  
non revalidatoria & secundaria intelligi debet. arg. l. bo  
tes. s. hoc sermone ff. de ver. signi. Et ita in simili Rota te  
nunt, regulam de publicandis resignationibus habere locū  
in prima tantum resignatione, non in secunda, vt ibi dixi.  
Praterea, quia ista gratia perinde valere, differt à prima  
gratia nomine & effectu. Nomine, quia ista dicitur perinde  
valere. Prima vero prouisio dicitur. Et sic ex diuersitate  
nomium diuersitas quoque effectuum arguitur. vulg. l. si  
idem. C. de codicil. Et hoc etiam apparet, quia ista gratia  
accessoria est, prima vero principalis. Et sic apparent in ef  
fectu diuersæ. Dispositio igitur loquens in vno casu, non  
debet habere locum in diuerso. cap. susceptum. de rescript.  
lib. 4. cum similibus.

Tamen istis non obstan. breuiter concludendum est cō  
trarium, videlicet, regulā habere locum in similibus gratiis  
revalidatoriis, seu perinde valere, vt tener expresse Fel. hic C  
in apostillis, nullam rationē assignans. Sed ratio esse po  
test. Quia quādo quis vti vult gratia revalidatoria, seu per  
inde valere, signū est quod sine illa principalis gratia susti  
nenti non potest, nec virtute illius potest agi, nec beneficium  
acceptari. Tota igitur virtus infunditur in dictam gratiam  
revalidatoriam. Ergo debet iudicari ista gratia principalis,  
qua subintrat locum illius in virtute & effectu. Ideo sub  
rogatus sortitur naturam illius, isti cuius locum subroga  
tus cum omnibus qualitatibus suis, vt in cap. ecclesia. vt lit  
penda. cum vulg. De quibus per Rom. in cōsil. 56. qua er  
go ratione dicimus in primis literis expeditionē requiri,  
ita & in istis secundis revalidatoriis. Et ita tenebant quidā

S V



D docto. tempore Sixti, ut inuenio adnotatum in memoriis Octavianii de Cella, aduocati curiosissimi. Et ita enim pro ista parte consuluit Io. Aliosius Tuscanus doctor Mediolanensis aduocatus, & postea auditor camerae in curia Naneten. parochialis S. Michaëlis, tunc pendente, vi anno ret in 2. vol. suorum consil. fol. 142. Vbi tenuit, quod quid gratia expectativa est nulla, non potest acceptare vigorem gratiae, perinde valere, nisi sit bulla dictæ gratiae revalidatio expedita. pro quo faciunt ea quæ in simili quæst. dicta reg. de annali. q. 28. Præterea, quia istæ similes gratiae revalidatoria, seu perinde valere videntur productæ ad familiitudinem quarundam contignationum, siue pessulorū, quæ adficiunt infirmis iam ruinā minantib. apponuntur sullenationis gratia. Quo casu idem iudicamus de tali additamento, quod de ipsa re cui additur. cap. h. §. si autem de cœli præb. lib. 6. &c. quia circa de priuilegiis. Nā per tales gratias ius amissum restauratur, & per eas aliquid de nouo ducitur. Et ob eam causam revalidatio vim nouæ promulgavit habere, ut dicit Egid. decis. 6. 35. Ergo omnes qualitates quæ requiruntur in prima gratia, debent necessario obseruari in ista, ut tradit Roma. in consil. 3. 8. 3. in proposito, &c. colum. 1. & ideo voluit Bart. in l. Jurif. tium. §. adeò ff. de pact. quod eadem solennitas requiri in actu reformando, quæ in actu constituendo requiri. Et breuiter pro ista opinione est decisio in terminis prius Geminiani in consil. 1. 2. 8. incipien. factum tale est.

F 2. column. & decis. Egidij. 7. 46. Secundum quas in secunda instatia iudicauit Rota in una Corosopiten, coram dom Guliel. Cassiodoro Episcopo Algaren. de mense Ianuarii M. D. XX. confirmando sententiam Domini Camillilati de mense Julio. M. D. XIX. ut ipse idem in quadam decisione posita in reportatis regulæ de idiomate, latine refert. Et secundum illud consilium Gemi. ita etiam fuisse dicatum tempore meo in una Lunen. Sarfanen, parochium, coram D. Nicolao Piccolomino de mense Aprilis M. D. XXXIIII. Et ista omnia procedunt, quando prima gratia quæ absque ista revalidatoria redderetur inefficaciter vel nulla non petitur canonizari, sed gratia perinde valere. Secus vero quando prima gratia validata petetur tantum canonizari. Itaque perinde valere productæ

fuit in causa solummodo ad adiuuandum aliquam qualita- A  
tem primæ gratiæ, quæ qualitas non petitur canonizari:  
quia tali calu sufficit supplicatio, ut fuit tentum in vna Le-  
gionen, parochialis de Villapicinin, coram me in fauorem  
D.lo.de Angiano contra Ferdinandū. Et nouisiusimè die  
17. Nouemb. M.D.XXXVIII. idem conclusit Rota in vna  
Gienen, parochialis sancti Micha. coram R. P. D. Petro  
Vortic Episcopo Aquæ. Dum ibi petitum fuerat canoniza-  
ri gratiam Papæ contra statutum quo cauebatur nulli pro-  
videti debere de beneficio curato, nisi sacerdoti qui per  
annum celebrasset. Nam fuit pro parte prouisi allegatum  
statutum, prædictum papam non ligare, & dum ex aduer-  
so replicaretur, papam illud confirmasse, & producta fuit  
supplicatio confirmationis, fuit datum de ista reg. & quia B  
non petitum fuerat illam supplicationem canonizari, dixit  
Rota regulæ non esse locum. Et secundum istam distinctio-  
nem reducendi sunt illi tres casus, quos in hac materia gra-  
tia revalidatoria distinguit Fely. in capitu. in nostra. in 17.  
corr. de rescript.

Secundò limitatur prædictam conclusionem procedere,  
quando gratia perinde valere facit corpus de per se: & post  
primam gratiæ imperata fuit. Secus si simul cù gratia prin-  
cipali nota fuit, quia tali casu regulæ expeditionem litera-  
rum requirentes, non haberent locum in tali gratia, sed suffi-  
ceret expedire principalem gratiam, ut conclusit Rota in  
vna Gienen, canonicatus, & præbē. coram D.lo. Vanilio,  
ut latissimè idem D.o. Guliel. refert in d. decisione, ut ibi vi C  
deri potest, postquā illæ decisiones iam per manus omnium  
versantur. Et hoc idem iudicatu fuisse refert idem D. Guliel.  
in vna alia decisione posita sub regula. 53. incipiē. vtrū pro-  
viso, vbi dicit D.o. Hugonem de Spina ita pronuntiasse de  
anno M.D.XIIII. Nam omnes Domini, uno excepto, te-  
nuerunt regulam non procedere quando simul cum proui-  
sione esset dispensatio: secus si separatè per rationes & mo-  
tiva, de quibus ibi latè per eum. Et ita pro ista parte repe-  
nitio tempore Sixti Ioan. Alios. Tuscanum. Mediolanum. ad-  
uocatum consuluisse, qui postea propter eius doctrinam  
factus est auditor eameræ, in consi. incip. Cōstat, quod D.o.  
Dominicus, &c. redditio in causa Tullen. posito. in primo vol.  
forum consi. fol. 17.



D. Vndeupm QVÆSTIO OCTAVA.

**Q**UÆRIO, an regula ista de iudicibus loquens in tri-

SOLVITIO. Verba regulæ innuant quod non

de iudicibus in Röm.cur. à papa deputatis loquitur.

arbitri vel arbitratores non sunt huiusmodi, quia à pa-

bus deputantur. Igitur, &c.

Pro parte contraria facit, quia arbitri ad instar iudicis  
sunt, ut in l. 1. ff. de arb. Hinc videmus, quod dispositio ch-  
tatum de recip. lib. 6. que loquitur de iudicibus, in arbi-  
tris procedit, ut not. Domini in c. legitima. in 3. col. veri-  
glo. de appell. lib. 6. Præterea, quia hujusmodi arbitrii in  
testate eorum procuratorib. assimilari videtur, vel execu-

Eribus merita. Sed cōstat tales non posse actus, ad quos  
deputati sunt, exequi sine literis, dummodo in veritate  
tales, ut probant plures decisiones cumulatae per Peli-  
sciscitatus, in ver. oportet. de rescri. igitur necesse potest.

Breuiiter concludendo, distinguo sic, quod aut ad-  
dantur à papa, vel ab eo qui potest statem habet, cum fac-  
tate cognoscendi, decidendi & beneficium adiudicandi  
tali casu, quia isti de titulo beneficij cognoscere, &  
lum canonizare & adiudicare possunt; ideo in eis dis-  
picio istius regulæ procedet. Quia in effectu tales erunt  
arbitri iuris, qui iudices delegati appellantur, in l. iudic.  
C. de iudi. & in c. ab. arbitrio. de offic. deleg. Aut vero à pa-  
tibus dantur, & quia priuati iurisdictione tribuere nō po-

E sunt, vulg. priuatorum. C. de iurisdic. omn. iud. cum  
quia causa beneficialis in arbitrios respectu adiudicando  
tituli contipromitti non potest, ut tradit. Collecta. in ca-  
rus. in 4. col. versi. sed quod antiquo. de verbo signabile  
in istis regulæ non procedet. Nec obstat, quod arbitrii  
ad instar iudicis, quia illud dictum dil. 1. respondet  
tissime Lanfranc. in tracta. arbitrio. q. 35. & Socin. infra  
differentias cumulat in tracta. fallentia. regula. 27. &  
potius videretur procedere in arbitris iuris, iuxta ea que  
cit. Socin. regula 17. co. tract. dixi. & in 5. omnium. in  
de actio.

**Q**UÆRIO. QVÆSTIO NONA.  
Vndeupm QVÆSTIO procedat quando agitur  
per Episcopatibus?



SOLVIT. Rom. in consi. 340. incipi. circa primum; &c. A  
 in secundo dubio, tenet, regulam istam, vel similes de ex-  
 peditione literarum loquentes in episcopatibus locū non  
 habere, quia sub verbis generalibus non comprehendun-  
 tur ecclesia cathedralis, ut in c. dilectus de conciliis praebe.  
 quia propter excellentiam earum requiritur, quod d. de illis  
 in constitutione specialis mentio fiat, ut patet per glossam  
 cap. i. de praebend. lib. s. cum similibus, ut ibi per eum.  
 Sed prædictis non obstantibus contrarium firmius esse vi-  
 detur. Nam verba regulæ generalia sunt, & omnes quois  
 non excipit, comprehendit. cap. i. de constitutio. & in ca-  
 pit. i. de censi. Præsertim quando constitutio in commodo  
 animæ fundatur, prout ita quæ ad tollendas fraudes pro-  
 tectis, & concussum iuris communis habet, ut superius in B  
 prima questione dixi; quam in præiudicium animæ feruare  
 non intendit, adeo quod antiqui illi Cancellarii doctores  
 in illo vulgare libro, qui inscribitur Practica Cancellariae,  
 fo. 48. voluerunt, prout effectu gratiae literis non expedi-  
 tis, non tutus esset in foro conscientiae. arg. eorum, qua no-  
 nat Innocent. in cap. quia plerique de immu. eccl. Ratio  
 est, quia ex quo gratia à mente papæ dependet, & ille non  
 vult, quod gratianus gratia vtatur, nisi in literis expeditis.  
 Contrauenire voluntati superioris mortale peccatum est.  
 c. si quis. de ma. & obe. Quia papa sub illa tacita condicio-  
 ne gratiam concedere videtur, quatenus literæ expedian-  
 tur. Cum igitur hoc animam concernat: tamen cludentium est,  
 Episcopos & Cardinales comprehendendi; & sic per consequens C  
 ecclesiæ cathedralis: quia à constitutione concernente ani-  
 man nulla persona excluditur; ut latissime dixi in reg. de  
 inst. resig. q. i. Et ista opinio manifestè probatur per extra-  
 ux. imitata. postulam in tit. de elect. que expresse de ecclesiis  
 cathedralibus disponit, quarum promotiones non valere  
 voluit, nisi literæ expedirentur. De qua Abb. & ceteri Mo-  
 der. latius in c. in nostra de rescrip. loquitur, & idem Abb. in  
 cap. qualiter in prim. de elect. & Fely. in c. ea te. col. 3. de re-  
 scrip. ut latius dixi in rub. eo. tit. lib. 6. Ex quibus oibus appa-  
 ret op. Rom. in d. eos. 340. nō esse verā. Et ista magis ex co-  
 suetudine & stylo hodierno corroboratur, quo videm Epis-  
 copatus nō cœdi per supplicationem, nisi per literas ex-  
 peditas, præcedēte promotione consistoriali, & hoc propter

D annatam quæ ex literis soluitur. Et ista op. clare probat in d. extrauag. iniunctæ quæ prohibet Epis. vel superiorum aut alios quo scunq; Abbates, priores, &c. recipi ad positionem ecclesiistarum, vel monasteriorum, absq; literis editis, Idem qua extrauag. mentionem facit Abb. in c. qualiter de elect. Et Clemens 7. etiam per regulam suam statuimus dem supplicationibus in beneficiis consistorialibus non diri, nec per eas alicui prouisum censerri, nisi cedula consistorialis iuxta illius datam fieret, de qua regula ego memo facio in tract. breuiu. nu. 9. Sic itaq; opin. Ro. non videtur. Nec obstat, q; in generali dispositione non comprehenditur Epis. quia illud est veru nisi prius in constitutione aliqua de illis mentio fieret, prout in d. extrauag. iniuncta.

E Nam regula ista simpliciter loquens, ab illa impetracione capere debet, iuxta l. nam & posteriores ff. de legib.

## QVÆSTIO DECIMA.

**Q**UÆRITO, nunquid satisfactum sit isti regulæ, si literæ expeditæ reperiantur, cum aliquibus defectibus subreptionis?

**SOLUTIO.** Videtur dicendum, q; expeditio literariorum valida requiritur, ex eo, quia regula de expeditione loquitur. Ergo in dubio de valida intelligi debet, per ea que misericordia Abb. in ca. Cumana. per illum text. de elect. & Modem. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. quia verba cum affectu sunt intelligenda. capit. relatum. de cle. non resid.

Breueritis non obstantibus, Rota contraria determinavit in vna Corospiten. parochialis, coram D. Guliel. Algeo de mense Julio M. D. xix. ut ipse refert in quadam domine, quæ posuit super regula de idiomate, ubi dicit, q; etiam si literæ sint expeditæ cum mille defectibus, satisfactum erit regulæ; quia cu[m] sit p[ro]enal[is] & bursalis, quomodo cum satisfactu fuerit, sufficit. Tamen ista ratio mihi non placet, quia ex quo regula, ut dixi, simpliciter expeditio reseruit, de valida intelligi debet; quia expeditio nulla & indecens perinde est, ac si non sit in reru natura. c. inter. de la. episcop. & tradunt Modem. in auth. sed non uno iure. C. serui. fug. Nā ut dicit Alex. in cōsi. 215. inci. viisi probabantur in r. col. 2. li. bulla imperfecta. & virtuosa non dicitur priore bulla, alleg. inter cetera. l. Polla. C. de iis quib[us] rebus cum aliis, ut ibi per eum. Et quia videmus, q; iudex non res.

larē probat iurisdictionē, nisi literis expeditis, ut est decis. 17. tit. de A  
concel. præb. in no. Et est de hoc regula clara infra. nu. 29.  
Vnde sicut per rescrip. nullū regulariter iurisdictionē non da-  
tur, ut notatur in c. ex tenore. & in c. fi. de rescrip. ita neque  
per literas defectuosas & subreptitias regulæ satisfactū vi-  
detur. Nō obstat decisio facta in illa Corospitē, quia deci-  
sio illa loquitur quādō post bullam defectuose expeditam  
produceretur aliqua gratia, si neutri vel perinde valere, sa-  
nus ē: securi si nihil horū interuenieret. Et ita tentum fuit.

## QVÆSTIO X DECIMA.

**V**ABRO, an ista regula procedat in gratiis motu pro  
prio?

**S**OLVTIO Verba regulae ibi, supplicationū signa-  
tarū. & ibi, quibusvis imprestationib⁹, innuunt regulā nō ha-  
bere locū in gratiis motu proprio, quæ propriè dici suppli-  
cationes, nec imprestationes nō possunt. Quia supplicatio  
propriè dicitur illa, quæ ad instantiā partis fit, ut notat In-  
no. in c. ex literis. in verbo supplicavit. de resti. in integ. &  
est text. in l. 1. C. de peti. honorū sub. lib. 10. traduunt do. & in  
l. 1. ff. quod quisq; iuris. & in §. Gregoriana supplicavit. in  
auth. de nō elig. lecū. nub. & in c. fi. de rescri. cū vulgaribus.

Tamen concludendo breuiter veritatē contrariū est de  
ire verius, quia in primis illud in meminisse oportet regulā  
iste dependentiā, cō cursum & similitudinem cū iure cō-  
muni habere, ut latius superiorius in prima quæst. dixi. & per  
cōfessiōnēs fauoris cōfessio cōfessio cōfessio exten-  
di debet. Præterea commodū animæ cōcernit, ut superiorius C  
in illa questione, nunquid comprehendat Episcopatus &  
ecclesiæ cathedrales, dixi. & sic isto etiā respectu regula  
ista fauoris & extendenda est, iuxta tradita per Bart. &  
alios in authent. sacramenta puberum. C. si aduer. yend. &  
dixi in i. q. regulae de infirmis resignantibus.

Ex quibus infertur, q; cū in gratiis motu p̄prio eadē ra-  
tio regula militet, dispositio ad illā extēdi debet: quinimo  
spondeatur verba regula, casum illā cōprehendūt, ut ex  
illis verbis regulae, cōcessiōnib⁹, &c. appareat, quod verbū  
ad motū p̄prio de necessitate referri debet, ut singula sin-  
gulis referatur. Nā superi⁹ loquitur regula de supplicatio-  
nibus & imprestationibus, & deinde de concessionibus, ut  
ex hoc manifeste deprehendamus, regulam omnia cōpre-

Dihendere velle. Sed esto, quod illud verbū cōcessionib⁹ regula positum non effet, ex aliis ista opinio sufficien⁹ reit, quia certum est, q̄ quando mens & ratio regule, qd de quo quaritur, conueniunt, & adaptantur dicendū etiſtutionem illum casum comprehendere. I. si ancilla lega, n.cū similibus. Et ratio quā in regula consideratur malis censetur. I. milites. ff. de re milit. I. iis solis. C. de re don. Sed ultra alias rationes superius in aliis quætionib⁹ dictas, quā optimè quadrant in isto casu, alia ratio quā regula consideratur domino istū casum includit. Ratio q̄ut que hīc in regula considerari potest, est, ne per vanas disceptatiōes, quā super extēsionib⁹ & coartationib⁹ borū gratiā in sola supplicatione consistentibus, lites in

Eḡis propagentur. Ita ratio quā ex dictis Egidij, dec. incipiē impetrans, &c. colligitur, in gratiis motu proprii militat. Igitur dicendū est regulam illam comprehendere.

Non obstat, q̄ supplicationes non dicuntur gratiis proprio: quia respondet, verum esse, propriū loquendi. Sed secundum communem usum loquendi, omnes gratiam ad instantiam partium impetratae, quām motu proprio concessae, supplicationes appellantur. Et iste communis usus loquendi attendi debet, qui præfertur propriū significatiū. leg. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supel. leg. brorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. I. cum de lauris. §. asinam. ff. de fun. instru. cum concor. de quibus exand. & ceteri scribunt in rubrica. ff. de ope. no. ann. 1.

Fertim quando cum communī usū ratio & mens regule currunt, quā regulam ultra vim verborum extenduntur. I. licet orationis. C. de excusa. tuto. I. credendum. I. ff. qui pet. tut. I. scire. §. oportet. ff. de excusa. tut. Mānū. Etiam, q̄ antequam ista regula condita esset, haec opinio iure communi approbata videtur, videlicet, q̄ supplicationib⁹ de registro sumptis fides non detur, nisi litera evidiantur, vt tenet Egi. decis. 252. incip. sumptum de reg. Et est decis. in antiqu. 621. incip. nota sumptum. repetit. eis. 681. quam sequitur Bart. de Belenzi. quoniam certa Rōta auditor, in tract. de chari. subsid. q. 113, quā quā decisiones differentiā non faciunt inter gratias mons proprio, vel ad petitionem concessas. Nam ad probandum principis requiriuntur literæ, & probatio cum b.

fessionibus  
futinem  
o regale, c  
icendū et  
si ancilla  
nsideratur  
Paul.Pontanum, quondam egregium aduocatum, in cau  
sa Salamantina parochialis de Amatas, incip. primum du  
bium, &c. per alias rationes, quas non curio referre.

## QVAESTIO DODECIMA.

**Q**VAERO, an regula ista locum habeat in nominato  
à patrono, qui nouā prouisionem obtinuit, & com  
mittit causam literis non expeditis?

**SOLVITIO.** Iste casus propositus fuit per R.P.D.Ioan.  
Clerici episcopum Maceraten. de mense Iunio, M.D.XXX-  
VIII, in vna Aurien. parochialis de Archos, in qua nihil  
decisum fuit: sed mihi videtur dicendum, regulam ita de  
mum locum habere, si talis nominatus est actor, & nouā  
prouisionem canonizari petit, quæ expeditionem requi  
rit, & in hoc dubium non est. Sed quando noua prouisio  
ad maiorem cautelā, & non ex necessitate impetrata fuit,  
& nominatus non petit eam canonizari, sed solam nomi  
nationem, tunc putarem regulæ isti locum non esse: tum  
quia ratio regulæ cessat, tum etiam quia verba eiusdem  
regula huic casui non conueniunt: quæ de impetratio  
nibus & concessionibus in signatura papæ factis loquun  
tur. Et hoc etiam clarius ostēdit reg. 29. infra eo. Plura hīc  
pro & contrā dici possent, sed quia causa pendet, subsisto. C

## QVAESTIO DECIMATERIA.

**Q**VAERO, nunquid in casu, in quo gratia papæ de  
perdita est, & eius tenor probatur, iuxta cap. cùm  
olim. de priuileg. sīr locus isti regulæ?

**SOLVITIO.** Ely. & alij Mod. repetentes tit. de constit.  
dicunt, hoc casu gratiam papæ per testes probari posse, li  
cer vbi posset probari per literas communis opin. sit, non  
testium probationem admitti. Itaque viderur, q̄ isto casu  
necessitas & difficultas probationis literarum licetum fa  
ciat, quod alias nō esset, iuxta tex. in ca. quod non est lici  
tum. de reg. iur. Et ideo non immerito dubitatur: nunquid  
ista probatio sufficeret iudici ad effectum istius regulæ?  
Putarem, quod non, nisi in commissione papæ hoc narre  
T

**D**atur: quia auditor hoc casu non posset certam gratiam non nisi ex quo illam in registro productam non videt. Et ideo narratio casus, seu amissionis gratia facta pape sufficeret, cum derogatione istius regulæ, cui per solam scientiam papæ non derogatur sine speciali clausula derogationis, ut tenet Rota, & latissimè in proem. regularum q.s. dixi. Et isto modo huic necessitati subuenietur.

## QVÆSTIO DECIMA QVARTA.

**Q**VÆSTIO, nunquid regula 53. quæ de dispensationibus loquitur, locum habeat, quando quis vult gratia absque literis expeditis in foro conscientiæ tantum?

**S**OLVITIO. Abb. in cle. dudū. in fi. de sepul. dicit q.s. quia communis opinio, quæ habet gratiam pape non suffragari, literis non expeditis, non habet locum in foro conscientiæ, & ita Ab. sequuntur omnes Mod. in rub. de causa.

Sed aduertendum est, q. contra hoc est decisio in omnibus cuiusdā antiqui doctoris & practici, videlicet, Hieronymi Pauli, literarum apostolicarum vicecorrespondentia, in illo libro, qui Praxis Cancellariae inscribitur. fo. 48 recto, vbi papa concedit, &c. Vbi expressè tenet, q. vrentes gratias papæ, literis non expediunt, tūti non sunt secundum Theologos in foro conscientiæ. Et rationem faris concidentem assignat: quia papa quando concedit gratiam, sub tacita conditione concedere videtur, quatenus tera inde expediantur, & mens sua & intentio talis possumit, ne gratia, nisi fuerit expedita, suffragetur. Ex una conclusione infert, q. salua conscientia quis soluere non posset, aut pensione recipere, literis non expeditis, cum in partibus hoc vellent, ex quo regula hoc disponit, quod sensus partium ultra mentem papæ operari non potest. Qui quidem papa in hoc casu vult, q. ad effudem pensionis, gratiarum literarum expediantur. Nam per signaturam gratiam facere censetur, iuxta stylum per Cancellarium mandatum seu declarandum, ut dicit quedam decisio 618. qui stylus habet gratiam papæ, esse informem, & declarare, nisi literæ expediantur: quia aliæ gratia sumuntur non habet. Et idem dicit prædictus doctor in omnibus in quo esset de voluntate papæ tacita vel expressa, q. reges expedirentur: quia ante expeditionem gratia sine po-

cato uti non posset, ut est in omnibus cōmissionibus gra A  
tiosis habentibus clausulam vocatis, &c. & in dispensatio-  
nibus super irregularitate, & aliis similibus. In quibus  
vientes dictis gratiis, sine literis in conscientia tuti non  
sunt, & ad fructuum restitutionem cameræ tenentur. Et  
ibi plures Theologos, & rationes pro & contrā allegat,  
ut ibi latius per eum. Ex quibus omnibus colligitur con-  
clusio, q̄ ita regula etiam in foro conscientiae locum ha-  
bebit: quia factum contra mentem papæ, imò contra ex-  
pressam prohibitionem, de qua hic, & dicit ad gehen-  
nam, ut dicit tex. cap. si quis de maior. & obed. cum vulga.  
Breuer prædictis non obstantibus, prima opinio mi-  
hi verior videtur. Pro qua aduertendum est, q̄ forus con-  
scientiae non est alligatus apicibus iuris, nec scriptui iu-  
dicatorum, ut dicit Archi. in c. scriptum. 6. q. 3. commendat B  
Decius in cap. cum dilecta. ad fi. gl. in ver. procuratricem.  
de confit. vtil. ad idem facit tex. in l. 2. ibi, sed ex consci-  
entia, quem ad hoc ibi not. Bal. C. de fideicom. In quo foro  
nilii adiudicari à iudice, nihil canonizari petitur, tantum  
anima rectificatur: & ad hoc literæ non requiruntur, quæ  
forum fori concernunt, & ad probationem producuntur,  
que in foro conscientiae non requiritur, sed dicto asseren-  
tiis statut, ut in c. significasti de homic. & tradit Alex. in l. si  
sic legatum. in 2. col. ff. de leg. 1. Hinc est, quod in sacra poe-  
nitentiaria, quando gratia in foro conscientiae petitur,  
absolutio confessori committitur, literis laniatis, & nullis  
testibus adhibitis, ut antiquis & inueteratus stylus à tem-  
pore Benedicti duo decimi introductus habet. Et de tali- C  
bus gratiis, quæ petuntur in foro conscientiae tantum, quæ  
alias in foro aperto componerentur, datario compositio  
non soluitur, & ita hodie practicatur. Secus est, quando  
quis vellet vii gratia in foro fori: quia tunc gratia cum da-  
tario papæ componenda est. Iste enim conscientiae forus  
a contentioso, sicut celum à terra differt. Nam videmus,  
q̄ in foro contentioso pena damnificanti ex negligētia,  
vel leui culpa non imponitur. Secus tamen est in foro cō-  
scientiae, ut tradit Fel. in c. sicut dignum. in 4. col. de homi-  
nis conscientia nemini parcit: & ideo, in eius foro lo-  
cus misericordiae non est, cum sit idem conscientia, quod  
misericordia, ut dicit Bal. & Præpo. in cap. 1. col. 1. quæ sint regal.

T ii

D facit illud Satyr. Iuuenialis. Prima est hec vltio, quod se dicit nemo nocens absoluatur, vt tradunt late Modeni Aueni. nen. in rubr. de iudic. col. 18. & aliquid Ias. in §. fol. i. lte. colum 19. instit. de actio. Quibus adde alia exempla que ponit Fely. in c. audiuimus. de simo. Ex quibus omnibus infertur, quod cum regula ista loquitur in foio conscientioso, non habebit locum in foro conscientiae, tanquam casus inter se diuersi sint.

Postremo istam opinionem probo uno alio modis efficaci: quia clarum est, hanc regulam in sui ratione mentali fundatam esse in quadam presumptione: quia presumitur, illum qui solam gratiam per supplicationem habet, nolle expedire bullas, ratione cupiditatis & luci, vel delicit, vt fraudet cameram in annatam, & officiales, quibus acquiritur certum emolumentum ex literarum expeditione. Sed quando lex in presumptione fundatur, in foro conscientiae locum non habet: quia in tali foro necessitates, nec presumptiones attenduntur, vt dicit Baldinus, cùm quis C. de iur. & fa. igno. qui refert ita fuisse Bononia disputando conclusum, & reassumit Ias. in rubri. 1. de acquir. hered. & in l. & si inutiliter. col. 2. C. de fideicom. hoc tenent plures alij doctores, quos accuratè belynamulat in cap. sicut dignum. in fi. de homicid.

Non obest dictum illius practici vicecorrectoris, quo superius mentionem fecimus, quia licet ille fuerit multa doctrina & experientia, vt ex eius operibus certum est licet inspicere, prout etiam eum laudat Ioan. Baptista & sancto Seuerino in tracta pensionum. q. 30. col. penultima minus dictum eius per praedicta verum non videtur. Quia licet dicat, quod utens gratia, literis non expedit, non sit turus in foro conscientiae, intelligitur, quando laudatio gratia quis in foro fori vtitur; quia ratio illius reguli militat, quia hoc facere presumitur, vt officiales fraudare & sic, vt ipse ex illa fraude commodum sentiat: secus, quod non vult ut in foro fori, sed conscientiae vti. Quia ita ratio propter dictum Innocen. in cap. quia plenaria de immunitate ecclesie non procedit. Vbi voluit, quod ubique est tradita aliqua formennitas per ius positivum: si taliter actus alias legitimè factus sit, faciens est turus in foro conscientiae.

Magis tamen obstarer mihi regula 53. infra eodem, quæ A dispensationes non suffragari, nisi literis expeditis, disponit: & tamen dispensationes concernunt etiam forū conscientię. Sed respondetur, illam regulam de dispensationibus, in foro fori intelligi debere, quæ in iudicio debent produci, puta super incompatibilitate, vel similibus. Secus autem si dispensationibus in foro conscientię tantum ut veller: quia tali casu posset hoc facere, ex quo à nullo inquinatur. Nam propterea papa in d. regula 53. cum ministerio dixit, dispensationes, literis non confessis, non suffragari, & non dixit, non valere. Quia verbum, Suffragari, ad verbum contentio sum trahitur, & propriè aliquid repulsuum & controversiale significat, solennitatem scripturae requirens: ut est text. & ibi not. gl. in c. perpetuo. de B elec. lib. 6. & in l. illud. ff. quo d. cuiusq; vniuer. no. Faciunt, que notantur per Spec. de adult. in fin. & per doct. in rub. C. de suffrag. Cum quibus concordat glo. iuncto tex. in l. de quibus. circa s. ff. de legib. & in l. si quæ sunt. in verbo, suffragio. ff. famil. erc. Et etiam ista regula non dicit, quod non valeat gratia. Quæ verba in ista regula Soci. in confi. 4. lib. 1. ponderat. Et ita istam Moderni de Ripa lib. 1. responsorum, sub tit. de rescrip. ca. ii. interpretantur: vbi indistincte solam signaturam in gratiis dispensationum sufficere probat. Et pro ilta opin. videtur esse consilium elegans Domi. de Sancto Geminia. in consilio 106. incip. super dicto dubio. in 3. col. versic. in contrarium. & videtur sentire Glossator in fi. dictæ regulae 53. qui dicit se intelle- C xisse, ita fuisse iudicatum in Rora. Res tamen non est sine difficultate propter motiuā dicti doctoris in d. lib. practi- ca, qui lacius super hoc diuagatur.

## QVAESTIO DECIMA QVINTA.

V A E R O, quia regula 29. intra eodem, disponit, Commissiones non valere, nisi literis expeditis, an literæ in dubio post commissionem productæ, de quarum expeditione dies nō apparet, in tempore expeditæ presumantur, & cui incumbat onus probandi?

SOLV TIO. Ille casus saepè, tam temporibus antiquis quam nostris contigit, ut in memorialibus tempore Sixti reperio adnotatum. Et istam eandem difficultatem scribit Do. Gulielm. in collectaneis decisionum. Et nouissime in

T iii

D causa Lucana parochialis filiorum Corui, de hoc anno  
D. XXXI. coram R.D.Ioan. Paulo ventilatur. Et in sum-  
ma ista conclusio videtur, & resolutio antiqua sepius per-  
Rotam innovata, quod literae in dubio in tempore expe-  
ditæ præsumuntur: & quod dicenti eas expeditas post com-  
missionem causæ, onus probandi incubat. Quia oppo-  
nens in exceptione sua est actor: & sicut actor petitionem  
suam probare debet, ita & exceptionem: vulgata l. i. ff. de  
exceptio. Et hoc præsertim dicendum est, ut actus in dubio  
potius valeat quam pereat, per ea quæ longo discursu cu-  
mulat Fely. in cap. pastoralis. de re scriptis. & Moder. in  
quoties ff. de verb. obli. Et quia sic interpretando nullius  
tollitur, iuxta ea quæ Bart. not. in l. non solum §. sed &  
E probari. ff. de oper. no. nunt. cum simil. Et quia ista iam in  
curia omnib. practicis tritissima sunt, amplius nō insuffici-

C O M P E N D I V M P E R Q V A M  
B R E V E V T R I V S Q V E S I G N A T V R A E.



O S T R E M O, quia regula ista de signaturæ  
statu loquitur, operæ pretium erit (cum fin-  
rim, non præcedentibus meritis à sanctissimo  
Domino nostro papa Paulo III. item  
post eius promotionem vtriusque signaturæ  
gratiæ & iustitiæ, creatus referendarius) quædam hic in-  
uiter, quæ alias successivo studio cumulauerā, ad dictam  
signaturam iustitiæ pertinentia, pro intellectu regule ad  
F notare. Quæ licet pro certo habeam ea viris consummatis  
leuia videri posse non tam omnino inutilia esse.  
Quia licet videtur post multa serio dicta, labore  
media itineris statio e ridere, ac leuia loqui, quod in plurimi  
ribus experimur, qui postquam operi arduo metem  
ita dicam cogitationem totam, & phantasiæ affixem  
si quando tedium affecti, ab eo opere animi causa diuer-  
non ad ardua illico, sed ad depingendas potius aues  
alias res leues decurrunt, quibus animus tanta laboris  
tentione desatigatus paululum leuetur. Erunt igitur  
(si viris consummatis non placebunt) pro tyronibus, referendarij officium gerentibus, quibus aliquando prede-  
volvi scripta. Nam ut dicit Hostien. in cap. 1. verbiq. p.  
futura. per illum text. ut eccles. benefic. multa scriben-

excusabiles sunt. Qui licet prouectis non in omnibus fa- A  
tissitant, nouit tamen prodesse possunt. Melius enim  
est teste Galeno, doctos onerare scitis; quam itiniores  
fraudare docendis. Quanquam etiam spero summis viris  
docta, ac forte meliori lectioe grauatis, haec leuia aliquan-  
do incundiora fore. Nam stomachus lauoribus cibis fa-  
stiditus, saepe olifcula & pesciculis appetit. Fateor tamen  
ingenue, vt ab ipsis temerariis iudicis me liberarem, saepe  
calamum continuisse, ne aliquid in hac materia signaturae  
scriberem, cum propter materia difficultatem, tum etiam  
propter styli eiusdem signaturae frequentem mutationem  
& varietatem, quae adeo magna est, vt quotidie nouas for-  
mas deponere videatur. Adeo quod propter noua iura  
qua in dies signatura depulit, dici potest, quod licet pro- B  
curator vel adiutorius ex debito conscientiae iniustas repu-  
diare teneantur: hoc tamen fallit in materia beneficiali, in  
qua, licet prima facie causa iniusta appareat nihilominus  
propter varia iura, quae quotidie ex signatura emanantur,  
propter quae causa iniusta iustificatur & vincitur, & quae a  
principio iusta videbatur, iniusta redditur, excusantur, vt  
quotidie experimur: ideo adiutori tales causas accepta-  
re non peccarent, quas certitudinaliter iniustas esse, nisi  
ab expertu iudicare non possunt. Secus in profanis, in qui-  
bus ius semper certum est, nec per signaturam mutabile.  
Et ideo de signatura prouerbium illud dici potest, Sem-  
per noui aliquid afferit Aphrica. Et quanvis in hoc propo-  
fito animus meus diu fixus extiterit: videlicet ne aliquid C  
ederem, tamen mihi scribendi fiduciam dederunt scripta  
quædam nuda quæ in hac materia signaturæ ( iam multis  
annis per manus plurium referendariorum, & curialium  
verfantur ) in multis non solum mutila, sed etiam man-  
ca, & sine aliqua iuri ratione vel autoritate roborata,  
quæ me iam per varias occupationes publicas fessum,  
nec talia cogitantem, veluti Entellum illum Virgilia-  
num, ( si licet in parvis exemplis grandibus vel ) ad ani-  
mi robur impulerunt & reuocarunt. Quamobrem re-  
prehendi non debeo, si quæ ab aliis sic inuenta sunt, cul-  
tu reddam blandiora, autoritate iuris firmiora, lon-  
ga, ac noua accumulatione vberiora. Igitur ad rem ipsam  
accedamus.

T. iiiij

**D**IGITVR quæro, quid præ se ferunt ista verba regulæ, n<sup>i</sup> delicit, n<sup>i</sup> sint commissiones iustitiam cōtinentes, p<sup>er</sup> placet, vel p<sup>er</sup> S.R.E. Vicecancelarium, &c.

**SOLVITRIO.** Pro intellectu istorum verborū totus vniusque signaturæ stylus reuelandus est, videlicet, gratis, & iustitiae, de qua Glossator aliqua hic scribit. Sed quamvis onerosum & prolixum fortassis videretur hic omnia scribere, quæ dicti aut excogitari possent, potiora tantu<sup>m</sup> ligam, quæ ab aliis tradita non fuerūt: reliqua in illo opusculo, quod alias super stylo sacræ penitentiarie fabricui, scribam. Nunc verò ea duntaxat tractabo, quæ ad declinationē iustius regulæ, & aliarū de signatura loquuntur ex-

**E**xpedire arbitrabor. Quæ, ut magis distincta, & suo ordine clariora appareant, illud opusculum in tres particulas dividam. Nam ut Bal. in proœ. Digestorum dicit, Seire quid facias, & nescire quo ordine facias, perfectæ cognitione nō est. Prima pars aliqua de antiquo & moderno signaturæ gratia & iustitiae stylo enarrabit, differentias istarum ponens, ac distinguēs personas, quibus hoc signaturæ negotium commissum est. Secunda pars circa referendarium originem & officium versabitur. Tertia pars casus & effectus plures ad huiusmodi signaturam iustitiae, de qua ista regula loquitur, pertinētes, enarrabit, per quos enarrabuntur. 29. quæ ad istam, veluti quod dā necessarium antecedens & p<sup>rae</sup>ambulum se habet, latissimè declarabitur.

**F** circa primū, illud ante omnia meminisse oportet, omnia varias vtriusque signaturæ obseruationes fuisse, quæ erraticularum antiquarum & iurium diuersitate, super hac materia loquentium, colliguntur, de quibus antiqui & Moderni doctores pauca admodum scripsierunt. Et hac signaturæ varietas fecit, quod signatura gratia & iustitiae eisdem plurunque verbis olim conficerentur. Nam antiquis temporibus, supplicationes gratia, prout hodie, tunc etiā per hoc signabantur. Et eodem modo commissiones iustius p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>a per verbum fiat, signabat. Verūm, quia hæc omnia sine aliquo certo ordine procedebat, nō modicā cōfusionē gerabat. Quamobrem modernis temporibus signaturæ gradus distincti fuerunt: & incipiēdo à signatura gratia, quæ vberior, & fortasse antiquior signatura iustitiae videret, b-

et non dignior ratione iustitiae, quæ secundum Philoso. A  
phum inter cæteras virtutes principatum obtinet.

Et in primis notandum, quod signatura gratiæ olim, &  
hodie, ut dixi, per papam, per verbum fiat, conficiebatur,  
& non sine optima ratione, quia papa solo verbo fiat, facit  
gratiæ, ut dicit Bald. in l. humanum. in fina. C. de leg. Et  
tertè nullum verbum est aptius, per quod hæc principis li-  
beralitas statim repræsentetur, sicut per hoc verbum fiat,  
quod de sui natura gratiam de præsenti, ac in promptu in-  
ducimente papæ sine aliquo alio literarum adminiculo,  
aut inuolucro incontinenti ad esse perfectum deducit, ut  
expresè Bald. in l. cum apud. C. de com. ser. ma. dicit, & an-  
te ipsum Cald. in Indice suo, in verbo, fiat. & idem Cald. in  
repe. c. quicquid. per illum text. de elect. vbi subdit se ita in B  
magna causa obtinuisse, sequitur Felyn. in rub. de constit.  
in 3. colum. & latius in ca. R. dulphus. in 18. col. versic. fiat.  
de rescript. Et quod verbū fiat, actum in instati factum es-  
se denotet, videatur facere text. in cap. qui bona agunt. §.  
sicut. 17. queſt. 1. vbi dicitur, quod per illa verba, siam mona-  
chus, statim professio facta est. facit glof. penult. in ca. por-  
rectum. de regulari. & tex. in cap. 1. de filiis presbyte. & per  
hoc apparet glof. in cap. generali. 25. queſt. 1. quæ voluit,  
verbū fiat, actum de futuro respicere, in signaturis papæ  
non esse veram, qui statim, ut dixi, simplici verbo fiat, gra-  
tiæ facit, ut dicit idē Bald. in l. falsus. in 8. col. versi. itē scias.  
C. de fur. nec hoc sine mysterio factum videretur. Nam cum  
papa Dei optimi maximi vices gerat, conueniens fuit, ut C  
quo ad fieri potest, eius vestigia imitetur. Et ideo sicut ille  
renū omnium opifex, cū dixit, Fiat lux, statim sine aliquo  
intervallo facta est lux, ut patet Gen. ca. 1. Sic papa ad eius  
similitudinē, cuius vicarius est, hoc verbo in signatura vti-  
litas, hat gratia, & statim facta est: pro quo optimè facit tex.  
in l. 1. §. deinde ait prætor. ibi, hæc verba fiat, statim facto  
suo nocent, &c. ff. ne quid in loco pub. quib. accedunt ea  
quæ scribi. Ant. de But. in consil. 2. quod errore repetitum  
est. & bely. eum referēs in c. nōnulli. in princ. in 8. col.  
de referip. & in c. super literis. in 6. col. c. tit. & Gem. in cōs.  
6. col. fi. cū aliis de quibus per Moder. Pap. in rub. de cōst.  
col. 17. Et per Frāc. de Ripa. lib. 2. respōsorum. super tit. de  
rescript. ca. 11. Et ad hoc notabilem decis. ponit Rota tit. de

T v

D rescript. in antiqu. l. incipi. Cancellaria. &c. quæ secundum numerum est decim. 561. quam latè Fely. in cap. nonne. in column. de praesumpt. declarat.

E st tamen vnum circa hoc valde notandum, quia licet ut dictum est, hoc verbum fiat, in signatura papa possumus de sui propria natura gratiam in instanti inducere, et, quando subiecta materia solum gratia continet. Secundum vero quando in supplicatione plura petantur, quorum aliqua gratiam continent, aliqua vero iustitiam, quæ secundum ius regularur. Nam tali casu si papa talis supplicationem per fiat, ut petitur, signaret, solum papa concedetur ea quæ iustitiam concernunt, & secundum ius commune sunt, & hoc casu propter rerum mixtum, illud verbum Fiat, à sui natura exorbitaret, & per consequens gratiam inducere non videretur. ita notabiliter cœcludit Pet.

Philip. Corneus in consil. 119. circa primum. col. 5. lib. 2. consil. 48. quoniam. lib. 3. quem sequitur Franc. de Rovis erudit<sup>o</sup> in rub. de resf. col. 6. quod propter plures efficiuntur qui ex hoc in practica quotidie resultant, est mentiendum, de quibus Moder. plures differentias faciunt in diversis postulatis. de rescript. Igitur ea quæ dicta sunt, locum vel præter ius sunt, in quibus gratiam concedere videtur. Faciūt ad hoc ea quæ in tit. de rescrip. lib. 6. nume. 16.

P oistrem circa istam signaturam aduertendum est, quod quando papa nouam gratiam facit, eam hoc modo legit. Fiat ut petitur: sed quando est reformatio, signat per se, & sic tantum primam literam sui proprii nominis ponit.

Sed hic pulchrum dubium occurrit: quare papa in figura supplicationis primam literam nominis sui ponit, non ponit, sed tantum primam literam proprii nomi-

S O L V T I O. Dici posset hoc ad denotandam veritatem personam, siue virumque nomen factum fuisse. nam in applicatione nomen proprium generationis ponitur, et vero nomine sui pontificatus, id est, regenerationis, &c. aplice personam, videlicet priuatam & publicam representat. Vel dici potest, quod in supplicatione ideo proprium nomen ponit, quia illud verum, naturale, & originale nomen est, nomen vero pontificis, inductitum & accedit, quia in supplicatione verus scribedi actus aucterius, q.

ut talis, ut verus, & nō repræsentatiuus homo scribit, ideo A  
vero nomine vtritur. In bullis vero, quia Papa non scribit,  
nec manum suam, ut ipse apponit, sed per officiales expe-  
diantur, ideo in illis officijs sui nomen; id est, Papatus po-  
nitur. Et pro ista distinctione facit notable dictum Boni-  
facij de Vitalinis Rotæ auditoris in clem. i. 4. col. nu. 48. de  
proba. Vbi dicit, quod quando Papa organo vocis sua lo-  
quitur, tanquam priuata persona loqui videtur, quia per  
se scribere & loqui, sunt actus personalitatem denotates:  
sed quando per literas seu bullas loquitur, ex quo nō lo-  
quitur Papa per organum propriæ vocis, sed officialium,  
tum & priuatus homo loqui non dicitur, sed ut Christi vi-  
carius. Sic igitur dicendum est, quod quando ipse manu sua  
supplicationem signat, ideo nomen suum priuatum ap- B  
ponit: quia manu sua scribendo actum priuati hominis,  
personalem industriam denotans, facit: propterea bene  
nomen impositum personæ sua cōuenit. Sed in bullis, quia  
ista de personæ non facit, sed repræsentatiuē secundum pre-  
sumptam formam fiunt, ideo in illis dignitatis nomen  
apponitur. Et hoc quantum ad supplicationes gratiosas.

Commissiones vero iustitiae, licet hodie per alia verba  
fignentur, olim tamen, ut dixi per verbum, Fiat, sicut sup-  
plicationes gratiosæ signabantur hoc modo, videlicet,  
Fiat iustitia, ita q̄ in hoc videbatur differentia inter signa-  
turam gratiæ & iusticiæ: ut expreſſè colligitur ex his quæ  
latius tradit Ias. in l. iustitia. ff. de iusti. & iu. Et de istis ver-  
bis Papæ, Fiat iustitia, quæ in commissionibus apponi so- C  
lebant notab. quæst. decidit Bal. in c. studiusti. de of. deleg.  
de qua latius disputat Ias. in l. causas. in 2. col. C. de trāſac.  
Tamen considerandum est, q̄ licet verbum, Fiat, de suo  
proprio significatu ad supplicationes gratiosas, & nō iu-  
stitia pertineat, interdum tamen Papa ad supplicationem  
gratiosæ petram & signatā per, Fiat, reddit mista, prout  
in notab. casu consuluit Ioachimus de Narnia, aduocatus  
futeporis doctissimus in quo dā consi. incip. pro responsio-  
ne posito in nouo volumine allegationum antiquarū  
fol. 277. vbi loquitur de quadam supplicatione pro crea-  
do Doctore gratiosæ, sine aliquo examine petita, & Papa  
signauit supplicationē per verb. Fiat, ut petitur, & addidit  
ita verba, & committatur. Ita q̄ illa gratia pro parte gra-

Drioſa erat, pro parte ſapiebat iuſtiam, vt ibi latius ſcribi

Ex quo infertur, quod licet ho die commiſſiones iubia per verbum, placet ſignentur, vbi vero commiſſio gratia aliquā conineret, vel papa ad partes committendo ſcribit, ho die etiam ſignatura per verbū ſiat, vt petitur, v tur. Sed iſta uisque ad tempora Sixti IIII. vario modo pro debant. Tempore vero Alexandri Sixti, qui quasdam orationes ſuper hoc edidit, iſta ſignatura gratiae, & uisus diuīſe fuerūt, & quaelibet de per ſe certas differentias stabilem ordinem receperunt. Itaque nunc ſupplicationes gratiae aliter ſignantur, quam commiſſiones iuſtia. Et etiam in ſignatura gratiae facti ſunt gradus diuerſi, qualitate, propter quos gradus una regula cæcellarii ſunt, ut statim dicā. Et iſti gradus ex eo apparent, quia quod ſupplicationes gratiae per papam conceduntur, ſignatur, aut per verbum ſiat, vt petitur, vel ſiat A. aut, ſiat mo proprio, ut dixi in principio. Et iſte eſt primus gradus ſignaturae gratiae. Secundus gradus eſt, quando papa non ſignat, sed propter multiplices occupationes eorum ſignaturam alicui cardinali, vel praefato committit: tu illi ho die in gratiosis verbo ſiat, no uirtutur, ſicut papa factus illis verbis, videlicet, Cōcessum ut petitur, vel cōceſſum forma in praefentia D.N. Papæ. N. Cardinal. & iſte eſt diuinus gradus. Et iſta ſignatura uirtutur cardinali in principibus gratiis, ſed in reformationibus no cōcernētibus uā gratia, ſed dūtaxat aliquā qualitatē & circumſtantia signat concessum in praefentia D.N. Papæ, ſed concessum L. Card. &c. Et iſto etiam modo Vice cæcellarius prouides gratiosas in casibus, qui ſibi per regulas cæcellarii conceduntur, ſignat, ut ſunt gratiae ſi neutri, uisque ad rem ſummam, & cum quadam limitatione, ut ſcribitur Roman. in consil. 379. column. fin. ſignat etiam ſubrogationes, reformationes, & alias de quibus ibi.

Et bene verū, q̄ licet Vicecancellarius in dictis caſis in dictis regulis enarratis ſignare poſſit ſupplicationes gratiosas per conſeſſum, tamē raro facit, quia curiales ſop̄cates magis volunt ſignaturā papæ, vel cardinalis ſignata habētes, q̄ Vicecancellarij, & hoc dupliči rōnētione, propter digniorē ſigaturam, ad quem medio Referendarii facilis accessus patet, tum etiam quia papa ſupplicationes

tibus, facile clausulas derogatorias obstantiarum conce- A  
dit, quas Vicecancellarius, necq; aliquis alias inferior à Pa-  
pa concedere potest, nisi sibi ex stylo daretur, vt dicit in  
terminis Ioan. de Imol. & Domini. in c. statutum. in glos.  
literarum. de rescrip. li. 6. tradunt latè Mod. in l. nemo po-  
test de leg. i. Et ideo miratur Glossator in regula 69. qua-  
re Vicecancellarius communiter illi regulæ deroget, vide-  
licer quòd sequestra & remissoria literis non expeditis  
dantur: cum tamen de iure clausula, Non obstantibus, vti  
non poscit. Ex quibus apparet, quòd potestas, quæ hodie  
per regulas Vicecancellario signandi mæterias gratiofas  
datur, penitus frustratoria & sine vsu sit. Bonum igitur es-  
set in his, in quibus illi potestas signandi supplicationes  
gratiofas vel contentiofas, per regulas conceditur, quòd B  
etiam facultas derogandi contrariis constitutionibus da-  
etur, per quas impediri posset illa concessio: quia de iure  
quàd aliquid à Papa alicui committitur, omnia illi con-  
cessa centur, fine quibus iurisdictio exerceri non po-  
tett, vt in c. prætereà. cum vulg. de offi. deleg. Sit ergo ista  
prima differentia inter istas signaturas gratia & iustitiae, vt  
diximus gratiofas solus Papa vtur verbo, Fiat: sed Cardi-  
nalis vel prælatus, quibus signaturam committit, verbo,  
Concellum, vt petitur, vtruntur.

Sed aduentendū est, q; licet Cardinalis altero de duob.  
modis dictis signare possit: nō tamen vtroq; modo simul  
eadem signatura signare posset: vt verbi gratia, cōcessum,  
vt peccat, & in forma: quia si petita aduersarentur, formæ  
in quinto Cancellariæ scriptæ, contraria cōcedere vi- C  
derentur quod ignorantia sapient. Et propter has differen-  
tias signaturarū, vna reg. Cancellariæ facta est, posita infra  
nu-37, quæ voluit signaturam Papæ per, Fiat, illi per cōces-  
sum factæ in concursu præferri, quòd procedit etiam si illa  
per concessionem motu proprio, etiam qualificato concessa  
effet, & illa Papæ non effet motu proprio, nec pro qualifi-  
cato, vt Rota in pluribus causis conclusit, vt late refert  
D. Guli. Cassiod. in quadam decisione super illa regula.

Et q; dictū est, neminē præter Papā supplicationes gra-  
tiofas perverb. Fiat, signare posse, fallit in maiori Pœnitén-  
tario, qui eas triplici diuerso modo signat per verb. Fiat.  
Tamen illa signatura maioris Pœnitentiarij per Fiat, in

D duobus vel tribus à signatura Papæ etiā per, Fiat, differe  
Primò, quia maior Pœnitentiarius, nullo habito distinc  
mine, supplicationes gratiosas & commissarias eodem  
modo signat per, Fiat, sed Papa in sua signatura supplica  
tiones gratiae à commissariis distinguit: quia granum  
uniformiter hoc modo signat, Fiat, ut peccatum, vel, In  
motu proprio: commissarias vero signat per, Placet. Dis  
ferunt etiā in alio, quia maior Pœnitentiarius verbo, Fi  
diuersimodè virtutur, videlicet, Fiat in forma, vel, Fide  
speciali, vel, Fiat de expresto. Quid autem illæ signature  
importent, audeo hoc intrepide dicere, paucos intellige  
re: sed ego eas latissime in tracta. de offic. & stylo tam  
Pœnitentiaria declaro, ubi est proprius locus.

E Differt & tertio signatura Papæ per, Fiat, ab illa maiori  
Pœnitentiarij, quia Papa aliquando sponte suâ ad cōceden  
dam gratiā mouetur, & ideo supplicationē per, Fiat, ma  
tu proprio signat: sed maior Pœnitentiarius, licet tunc  
Papa signatura mou proprio vti posset, prout etiā vti possit  
ordinarius, tamen materia subiecta, quæ in dicto offi  
cietate tractatur, signaturā istā non patitur: ratio est, quia eiā  
concessiones quæ per maiorem Pœnitentiarij sunt ex  
absolutiones peccatorum vertuntur, inconveniens dū  
surdum videretur, q̄ peccatori nō petenti absolucionē  
proprio daretur, cum peccati venia nō detur, nisi pen  
& correcto, vt dicit text. in c. peccati venia. de reg. m. l.

F signandi inter Papam & Cardinalem, seu praelatum, ca  
bus Papa signaturam committit. Tamen quo ad signa  
ram iustitiae, nulla aut modica est differentia inter signa  
turam Papæ & Cardinalis, nisi in hoc, quia Papa  
supplicationes commissarias per verbum, Placet. Se  
Cardinalis, signat sic, Placet. S.D.N.Papæ, N.Cardinalis.

Itē quia Papa istas cōmissiones iustitiae aliquando ex  
cōsistorio publico signat, ea ratione vt dicit hic glossa  
videlicet, vt cuncti Papæ iustitiam facientē videant. Se  
est in Cardinali, qui non solum in cōsistorio, sed ne  
in cōgregationibus Cardinaliū priuatis, praesente ve  
rente Papa, potest illas cōmissiones nec cōsuevit signa  
res consistoriales de iustitia, sicut Papa in consistorio

ditis tamen partibus facere solet, ut in concilio Constan. A  
fessione sexta conclusum fuit.

Sed quare Papa in consistorio publico signat prædictas  
commissiones, rationem ponit Glosator hic, videlicet q  
ideo hoc facit Papa, ut cuncti videant q facit iustitiæ. Sed  
ista ratio iudicio meo fragilis est, quia Papa non indiget  
demonstratione benefacti, cum ex seipso soleat, & palam  
& occulte, semper, & vbiq; iustitiæ ministrare, & cū sit no-  
num omnibus, non oportuit illum illa demonstratione in  
consistorio publico vti: nam ex eo, quia ibi cōmissionibus  
petitis dicit alta voce Placet, nō per hoc facta est iustitia,  
cum adhuc requiratur, q illa cōmissio signetur & posteā  
iudicii cui cōmittitus præsentetur, qui cuncta rimando iu-  
stitiam ministrabit. Nō igitur per verbū Placet, quo virtutur B

Papa in consistorio, statim facta est iustitia, cum ibi senten-  
tiam non proferat, quod est propriæ iustitiam facere, sed  
ille actus prolationis sententiae, postea ex intervallo per  
indicem qui fieri debet, quidē actus nō videtur ab omni-  
bus, quia in consistorio sola commissio signari manda-  
tur, q̄ multa requirit, antequād ad effectū perducatur.  
Aīa est igitur ratio quare Papa signat ibi illas commis-  
siones. Nā ex quo duo Cardinales diaconi vadunt ad re-  
cipiendum & introducendū nouum Cardinalem, vel le-  
garum, ne Ponifex cū reliquis Cardinalibus permanenti-  
bus in consistorio videantur medio illo tempore expecta-  
re, ac etiam ne ostendat Papa, q tantum ibi adest propter  
hoc negotium & nihil aliud agere tēpus illud vacuum in C  
illis actibus occupatur, ac in propositionibus dictarum  
commissionum teritur, quas ex arte & ingenio aduocati  
consistoriales lepe configunt casus atroces, & crudeles  
proponentes, & verbis duris & fictis exaggerantes, vt tē-  
pus illud vacuū impleatur. Sunt tamen qui dicant, q illas  
propositiones commissionū mandat fieri Papa, vt ostendat  
principaliter propter administrationem iustitiae con-  
sistoriorum, non autem propter nouum Cardinalem, vel  
oratore recipiendū indixisse, quasi q illo die Papa pro tri-  
bunali sedere videatur, volens ius publicè dicere, qua de  
causa omnia tribunalia vrbis cessant ipso tūc ius dicente.  
Tamen hoc nō quadrat, quia Papa semper ius dicit, siue  
publicè, siue priuatac actū faciat. l.f. C.de legib. & in §. sed

**D** quod principi. Instit. de iure natur. Et quod cesserent co-  
omnia tribunalia, non ex eo causatur, quod Papa pro-  
bunali sedeat, quia hoc semper facit, sed quia per cel-  
tionem tribunalium maior hominum concursus ad con-  
stitorium Papæ accedat: quod non fieret, si iudices & iu-  
curiales negotiis suis intenderent, & occuparentur, ut  
per illum concursum exteræ gentes, quæ illo die publice  
consistorij ad Papâ accedunt, decus & maiestatem summi  
Pontificis, quæ per concursum plurium prælatorum & per-  
sonarum magis representatur, admiretur, & ob eam ca-  
sam Virgilius quâdo actum aliquem magnificum vel Dido-  
nis vel Aeneæ representat, semper virutum illis verbis, Con-  
cursu accedere magno, vel, Magna comitante cetera, &c.

**E** Decus enim principis, vel cuiuscumque alterius personæ  
magis splendescit propter multitudinem subditorum aurum  
liarum, ut latius dicam in regula, de impe. benef. fa. Caro  
& est tex. expressus, de consistorio loquens in cle. i. in vni-  
præfatis itaq; nuntiis, &c. de iure iuri. ibi in publico con-  
sistorio, in quo erat prælatorum, & aliorum tam clericorum  
quam laicorum nō modica multitudo, &c. Et ideo de his  
causa antiquitus, quâdo omnes prouincia Papæ obedi-  
bant, & ad eum veluti vnicum Christianæ religionis patrum  
pro expediendis negotiis necessariis accedebant, nam  
fuerat ad se dem Apostolicâ concursus, tantus exteræ  
gentium conuentus, & exinde tam magno summo Ponti-  
reuerentia accessit, ut quidam eum admirabilem, aliud  
stuporem appellarent, ut dixi in c. i. de cōf. li. 6. Et illi  
uotio sedis Apostolice, & ad eam concursus vñq; ad illa-  
ra Nicolai v. frequentissimus fuit: adeò quod dicimus  
de Ana. & Io. Gozadinus, olim celeberrimus consistorius  
aduocatus in tract. de Iubileo. propter maximū cōtra  
hominū, Nicolaum v. coactū fuisse illos quindecim de-  
peregrinis, pro Iubileo concessis, ad quinque, postea  
Nicolai, in Pote S. Angeli tantā fuisse hominū multi-  
tatem coadunata, q̄ facta obuiā mula Cardinalis S. Ma-  
ttem multitudinē cedere possent: cadente uno, atque  
super mulā illam iam à multitudine oppressam ad duc-  
hominū corpora, & equos tres, obtrita & suffocata

multi etiam à lateribus pontis in flumē cadentes in vndis A  
periere, vt ibi latius per eum, ob quam causam variae quæ-  
stiones propter successiones honorū cuiusdam matris &  
filii ibi suppressi, excitatae fuerūt, super quibus plures Do-  
ctores egregij consuluerunt, vt refert Felynus in capitulo,  
ad capitulum Sanctæ Crucis. columna penulti. versicul. de  
duobus, de rescriptis.

Redundo igitur ad propositum, concludo ideo papam  
in consistorio publico signaturam illarum commissionum  
illorum casuum introduxiſſe, vt tempus illud vacuum, quo  
vel noui cardinales, vel oratores introduci expectantur,  
agendo aliquid consumatur. Nam hoc faciendo non etiam  
definit, quando casus veri accident, & proponuntur, iusti-  
tiam ministrare. Nam hic mos & itylos hodiernus signādi B  
supplicationes in cōsistorio, & mādere fieri processus cri-  
minales aduersus malefactores & rebelles, ad instātiā p-  
curatoris fisci antiquus fuit, vt dicit Bonifa. Vitel. in clem.  
l.in prin.de iudic. Et pro quo facit tex. in cle.1.versicu.præ-  
fatis itaque, ibi eramus cum nostra curia residentes in pu-  
blico consistorio, &c. de iure iur. Igitur dum ista in cōsisto-  
rio aguntur, interim cardinales creandi vel noui oratores,  
aut legati à legatione redeuntes introducūtur, pro quibus  
omnibus recipiens solet cōsistorium publicum cum ob-  
seruatione quarūdam ceremoniarum indici, quæ latius in  
lib. Ceremoniali describuntur. Papa igitur non solum pri-  
uate, sed etiam publicè, & in consistorio, vt dictum est, cō-  
missiones huiusmodi signat. Sed cardinalis, aut prælatus C  
habens signaturam, hoc non facit, nisi domi.

Legatus verò de latere nō signat, sicut cardinalis habēs  
signaturam, sed sicut papa, & hoc honestū videtur: quia ex  
quo eius personā repräsentat, honorari debet sicut papa,  
vt dicit glo. in c. quæ de causa. 2. quæst. 5. & notat Abb. in c.  
mandata. in princ. de præsum. & ibi Moder. Et sic vidi plu-  
res supplicationes per Reuerēdissimum bon. memo. Car-  
dinalem de Monte legatū urbis isto modo signatas, vide-  
hacet placet. A. nā vocabatur Antonius, & papa modernus  
vocatur Alexander, & ideo etiam signat per placet. A.

Sacrum verò collegiū Reuerē. Cardinaliū, Papa in lon-  
ginquis partibus abente post acceptatum papatū, prout  
contigit in Hadriano, signat sic, placet sacro collegio suo,

D & D.N.Papē nomine.pro quo facit quod notat Specū  
de offic.ordi. S. quid de auditoribus.

Vicecancellarius verò etiā signare potest commissione  
iustitiae super causis tantum p̄dentibus in curia, sicut ca-  
dinalis p̄fectus signaturae hoc modo, placet S.D.N.Pa-  
pæ. Et antiquis temporibus ipse Vicecancellarius ordina-  
riè signabat, neque erat alius cardinalis qui haberet signa-  
turam iustitiae, nisi ipse. Sed eo absente, tunc cōmittebat  
vni cardinali, vt dicit Egid. decisi. 636. & sequitur Fely.  
rubr. de rescrip. circa si. Et in illis quæ ad officiū Viceca-  
cellarij pertinebant, illius assertio ni stabatur, alias non. n.  
Egid. dicit in decisi. 628. cum duab. seq. & alibi s̄pē.

Sed hodie nescio quo p̄cto Vicecancellarius nō signa-  
t. E nec illa facultate vritur, fortassis ea ratione, vt dixi, de-  
gnatura gratiæ. Quia ex quo hodiernis tēporibus omnes  
commissiones habent clausulas, Non obstan. cōstitutio-  
bus, &c. Vice cancellarius non potest illas clausulas appo-  
nere, cum sint contra ius, cui derogare non potest, nihil  
specialiter cōcedatur, vt in clemen. ne Romani. de electo.  
Ideo supplicantes malunt ire ad papam, vel ad cardinalium  
p̄fectum signaturæ iustitiae, qui hanc facultatem ha-  
cuius facilis patet aditus, quām ad Vicecancellarium.

Dileat, contrarium fuit conclusum. Multa enim contra finitam interpretationem iuris recepta sunt, ut actus valeat, quae alias non admitterentur, ut tradit Ias. in l. i. in 4. col. ff. de ver. obli. Fuit igitur conclusum, & illa verba de observatione termini ad articulandum, deberent intelligi de observatione valida, non de inualida, iuxta tex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & l. quoties. ff. de ver. obli. & vitro. bique latè Moder. Sic itaq; hoc casu Rota tenuit sufficere auctori, & ante istam secundam reiterationem termini ad articulandum, licet post primam nulliter seruatam, bullas expedierit. Et ita iam hodie seruat. Procedent igitur ea quae dicta sunt, quando prima obseruatio termini ad articulandum esset bona: nam tunc si litera non sufficiat.

E anteà expeditæ, omnia acta sunt nulla, nec sanantur per reiterationem dicti termini, nisi per specialem commissionem, & tunc refectis expensis, vt dicam inferius suo loco.

Et est ulterius notandum, & licet regula requirat actionem expeditionem literarum ante dictum terminum, tamen sufficiet producere apud acta ante reservationem dicti termini sumptum de registro literarum apostolicarum bullarum, licet non producat dicta bullam: quia tale sumptum facit fidem in iudicio. Et ita tenet & seruat curia Romana, prout dicit Rota decisio. 621. incip. nota sumptum in antiquis. Quam sequitur D. Barth. Belenzi. Rota auctor in tracta. de chari. subsi. q. 113. Quo in loco ponit practicam hodiernam extrahendi dictum sumptum à regis.

Fistro in causa pendente in curia, & extra. Considerandum est ulterius in dicta materia, & in dicta commissione solet apponi, ut dixi, alia clausula per Alexandrinum inuenta, videlicet & interim beneficium ipsum etiam quo ad effectum regulæ de subrogandis, nomine censeatur litigiosum, & sine tali clausula hodie non datur commissio. posui rationem superius.

Sed ultra illa, quæ dixi, est unum aliud notandum, quod cum mysterio apponitur in dicta clausula dictio implicativa. Etiam, ante verbū quo ad, &c. Nam hoc factū ruit arbitror propter multiplices alios esse etus rei litigiosos. De quibus per gl. in cap. 1. de alien. iud. mut. cau. fac. & p. doct. in cap. 2. ut lite pend. Nam apposito illius dicti, non implicat beneficium non remanere litigiosum in altero.

casibus, etiam quo ad regulam de subrogandis, ut in rubr. A.  
 C. etiā per procuratōrē. & ibi Bar. in l. i. cod. tit. cum con-  
 cord. vt tradit Decius in l. cognitio. in 3. notab. ff. de offic.  
 ejus. Implicat igitur dicta oppositio clausula: etiam plures  
 alios causas, & operatur plures effectus notabiles in fau-  
 rem possessorum, quorum beneficia modo prædicto effe-  
 ctu fuere litigiosā. Primus effectus est quem implicat dicta  
 clausula, etiam quo ad effectum, &c. Quia possessor con-  
 ventus, non obstante prædicta līe sibi mota vigore dictæ  
 commissionis, interim possessionē beneficij liberè in aliū  
 trāferre poterit, nec reuocabitur per viā attētati: quia ces-  
 sar tunc vitium litigiosi, ratione dictæ clausulae, quod aliás  
 si non apponetur clausula prædicta, inductum esset vi-  
 tum litigiosi, quod prohiberet resignationem, iuxta ea B.  
 quæ dicit decil. 3. sub titu. vt lit. p. dēn. in nouis. & in antiq.  
 decil. 3. cod. tit. cum aliis, quæ Eely. tradit in c. cum l. & A.  
 colum. 3. de re iud. meminit etiam Alexandrinus in c. r. nu.  
 74. cum seq. 3. quæst. 1. Prædicta ergo clausula inducit istū  
 primum effectum in fauorem possessoris, & ex alia parte  
 coecet, & tollit fraudes impetrantium beneficia viuentiū  
 possessorum fortè infirmorum, vel aliás verisimiliter pro-  
 persenium de proximo morientium. qui quidem impe-  
 trantes, ridentes se nullum ius souere, sapientē inducunt līe  
 supercillorū beneficiis, non ad effectum, vt illam prose-  
 quantur cum nullum ius habeant, sed quo ad hoc, vt ex tri-  
 si possessorum, euētu, qui, vt dixi, vel propter longum se-  
 nium, vel periculōsam infirmitatem sperantur de proximo  
 mori, beneficio regulæ de subrogādis gaudere, & vti pos-  
 C  
 sunt: sic de nō iure faciat sibi ius, & priuēt ordinarios pa-  
 tronos, & expectantes facultatibus illis à iure concessis,  
 aut saltem ipsi possessores sic citati ad curiam propter lon-  
 gitudinē itineris, & grauium impensarum timorem, tædio  
 ius affecti cogitare vel cedere, aut pensiones super dictis  
 beneficiis dictis molestatoribus consentire, vel quod faci-  
 lus factū vidimus regressus illis & accessus cōcedat, prout  
 tēporibus Iulij & Leonis plures curiales hoc modo ditati  
 sunt. Quib. fraudibus Martinus papa v. per suā cōstitutio-  
 nē extrauagātē, & nouissimē Hadri. papa vi. & deinde Pau-  
 lus iii. per suas regulas obuiarūt, quas de nō subrogādis  
 talibus ediderūt. Similem etiam malitiā Bonifacius v. i. i. i.

**D** sustulit in cap. fina. de renunt. lib. 6. de qua Alexan. & Me-  
der. meminerunt in l. filiae. per illum text. ff. foli. mat. & re-  
assumit Decius in consil. 130. colum. fin. Et ideo ante pro-  
uisionem factam per praefatos summos pontifices oppor-  
tuna fuit ista clausula quae sustulit hunc morbum, & prou-  
dit ne per huiusmodi commissiones induceretur ius pa-  
dentia, nec beneficia efficerentur litigiosa, quae alias de-  
re per commissiones praedictas, & citationem exequatam  
inducebatur, vt no. in clem. fin. vt lite pend. quam ad hoc  
pro notabili allegat Abb. Panor. in c. grat. de offic. del.  
& alibi saepe. Et licet, vt dixi, propter dictam clausulam fa-  
ctum sit, quod lis non dicatur introducta quo ad reum,  
qui vigore dictarum clausulæ preseruatur ab hoc incomodo.

**E**n beneficiis sua effecta sunt litigiosa: erit tamen in di-  
lis quo ad actorem impetrantem, respectu cuius dicentur  
beneficia praedicta in sui præiudicium litigiosa, quod quo-  
dem præiudicium potest considerari quo ad tres effectus.

Primus, quia si ipse actor ante terminum ad articulatum, dummodo post decretam citationem moreretur, no-  
li casu censerentur dicta beneficia litigiosa in favore pos-  
sessoris rei conuenti, & in odium actoris, adeo, quod reus  
possessor posset peti se subrogari, & esset locus regu-  
lae de subrogandis in favore possessoris, & diceretur va-  
lis. arg. eorum, quae dicit Egid. conclusione 380. quae incipit  
si faciens committi. facit quod dicit idem Egid. cōdūctio  
545. quae incipit, si pendente inquisitione, &c. Et ita cum

**F**in una Toletana portionis tenuit Rota corā R.P.D. Be-  
Vortio. 10. Nouemb. m. d. x x x i i t. & hoc probat late-  
lyn. in cap. super literis. col. 9. versi. limito. i. de rescript.

Secundus effectus, dicta litis pendentia erit, quod de pri-  
uilegio impetrando pendente ista lite per ipsum actorum  
ac qualibet alia gratia per eundem obteta in præiudicio  
possessoris aduersarij super eo, super quo lis penderet, no-  
valebunt, non facta mentione de dicta lite: adeo, quod re-  
dem lite durante nullum dicto actori commode, nec con-  
incommodum inducet, per ea quae Old. dicit in consil. 130.  
col. 2. & id est reus nihilominus excipere poterit de regula  
de non tollendo iure quæsito, & ut aliis remedii iuri, &  
probatur in c. causam quæ de testib. Et ibi bo. glo. & in c.  
& c. dilectus. vt lite pendens. ca. dudum, de priuile. cum fin.

Tertius

Tertius effectus, quare dictus actor impetrans non potest cedere ius suum alteri etiam ante dictum terminū ad articulandum. Et cessio quo ad ipsum diceretur facta lité pendente, cōsequēter posset talis cessio reuocari per tecū possessorem tanquā attenta. cle. i. §. si verō. vt lité pend. facit quod dicit decisi. io. tit. vt lité pend. in nouis. & quod dicit Egidi. decisi. 102. & ita declaratur decisi. 3. eo. tit. in nouis. quae voluit reum possessorem attentare si lité pendente in alium cedat, quod intelligitur quando est lis quo ad eum, sed in calu isto non est lis introductorya quo ad eum, nisi quatenus sit sibi proficuum, sed quo ad actorem est vera lis in eius odiū, & hæc lis quo ad ipsum actorem impetratēm inducta fuit per solam cōmissionē ab eo obtentā, & citationem decretam cōtra aduersariū, licet illa in citati notiā nō peruenient, vt dicit formaliter Ro. cons. 330. incip. circa primū. i. col. vbi dicit, quod clem. 2. vt lité pendente, volens ad introducendum litis pendentia requiri, citationem in citati notitiam peruenire procedit, nisi quo ad litis pendentiam introducendam ex parte agentis, quia sufficit quo ad ipsum actorem solius citationis decretū absq; eo, quod facta fuerit citationis executio. Ratio istius dicti est, quia ex quo ipse actor certus est de cōmissione & citationis decreto, amplius certiorari nō debet. vt in c. eū qui certus de reg. iur. lib. 6. & ca. ab excōmunicato. de rescript. cum simili. Et ita in vna Valētina parochialis de Pego præteritis annis coram R. D. Raynaldo Petruio, & in eadem postea coram R. D. Io. Mohedano, & in alia Conchen. co-ram, tenuit Rota, vt dicā in reg. triennali. q. 51. & in reg. de annali. q. 47. Vlterius sciendum est, quod cōmissio literis non confessis non datur super duobus beneficiis, nisi contra vnum, & tunc ita demum si ambo beneficia sint eadem supplicatione impetrata ex persona eiusdem, quia tali casu vñica cēsetur gratia, ex quo signatura dicit, fiat vt petitur, iuxta regulam cancellariae 60. facit l. scire debemus. cum materia. ff. de verb. oblig. nec sufficit tantum, quod commissio super pluribus beneficiis sit contra vnum, nisi apponatur ita clausula, vñica supplicatione impetratis, & quod causa super vno iam est instructa corā auditore, qui est super materia bene informatus. Nam tali casu ne continetia cause diuidatur, cōmittitur causa eidem, aliás nō datur

Dicitur commissio. Ratio prae*d*ictorū est, quia ex quo notarij Regis  
tere hodie commissiones singulorum beneficiorū nō per  
turnum diuidunt, & emolumenta suorum officiorum ei  
regestris conficiendis super quolibet beneficio capiunt, &  
vna commissio plura beneficia contineret, & illa distributione  
retur vni notario redundant disparitas distributionis in  
prae*i*udicium aliorum, propter maius lucrum, quod ille per-  
cipieret ex cōmissione continentē plura beneficia. Et pos-  
set haec fraus procurari de facilis, nisi notarius talen com-  
missionē cōtinente plura beneficia loco plurim cōmis-  
sionum sibi distribuendarum computaret. Oportet igitur,  
quod isto casu verificetur coram auditore narrata in com-  
missione, videlicet, quod illa beneficia sint vnicā supplica-  
tione impetrata, & quod causa alias sit coram eo deman-  
datore instruēta super altero ex illis beneficiis, nā hoc mo-

Est do commissio procedet. Et ista omnia procedunt quan-  
do commissio continens plura beneficia est impetrata  
contra vnum. Secus si peteretur talis cōmissio super diu-  
bus, vel pluribus beneficiis, nō vnicā supplicatione impo-  
tratis contra diuersos, quia talis commissio conceditur  
solet. Nam ex quo sunt plures diuersae gratiae in diuersis  
supplicationibus, debet pro vnaquaque obtineri speciale  
commissio, & de per se separata: argumento eorum, qui  
dicuntur de pluribus capitulis connexis, vel separatis p-  
ro eo. Moder. in ca. translato de cōsti. & per glos. in l. eum.  
§. 1. ff. de minor. per Bart. in l. Aurelio. §. idem quefinit.  
de lib. leg. per Bald. in l. 2. C. de re iudi. & in l. amphionis  
de appell. Nam clarum est, quod aliqua cōceduntur ran-  
ge connexitatis, quae alias non concederentur, vt not. Speci-  
cul. in titu. de sent. excom. §. 2. versi. sed pone. Et facit tem-  
in l. eum actum. & quod ibi not. Bart. ff. de nego. gelt. in  
cap. quanto. de iudic. dixi in singul. meis super. l. quidam  
ff. de acquir. re. domi. subreptis Patauij.

Postremo, quo ad hāc signaturā super dicta materia al-  
do vnum videlicet, quod quando processus est nullus, et  
eo, quia literæ nō sunt expeditæ ante terminum ad am-  
pliandū, vel ex alio defectu non datur cōmissio super valo-  
tatione processus, nisi cū ista clausula, scilicet, parte legiū-  
nitatem citata. Nā licet sanētur defectus processus, tamē defectus  
citationis est insanabilis, etiam refectis expensis, & quidam

in toto fuit omisso citatio. Secus quando non fuit debi- A  
 to modo exequuta, quia non fuit seruata forma. Nam talis  
 nullitas cum clausula, dummodo ad notitiam citati perue-  
 nerit, solet sanari. Et tunc sufficit, quod probetur de tali ci-  
 tatione notitiam habuisse, ut probat tex. in clem. causam.  
 ad h. de elect. Et tradit Rom. consil. 410. & Rota deci. 271.  
 in nouis. Et inter modos probantes q. sic citatus habuit  
 notitiam, est unus, videlicet, si postea misit procuratorem  
 ad illam causam, ut ponit Egid. decisio. 59. & alia 539. prout  
 in mea Compostellana archidiaconatus contigit coram  
 D. Paulo Capifucco per R. D. Io. Palum confirmata anno  
 praeterito M. D. XXXVIII. pro quibus videnda sunt, quæ  
 late scribit Fely. in c. cum cōtingat. de rescrip. Istis ergo ca-  
 sibus sanatur defectus minus legitimæ citationis. Secus B  
 quando in totū fuit omisla, quia tūc talis defectus, ut dixi,  
 insanabilis est, ut probat tex. in clem. pastoralis. versic. cæ-  
 terum. de re iudic. Eriā si papa in commissione apponenteret  
 clausulā, supplētes defectus si qui forsitan interuenerūt. nā  
 intelligitur illa clausula quo ad defectus iuris positivi, pu-  
 ta cōtra solēnitates requisitas à iure, secus quo ad defe-  
 ctus iuris naturalis, prout est citatio, ut dicit Car. in d. cle.  
 in 3. notabili. & Abb. in c. i. de transactio. referēdo Specul.  
 in titu. de legato. §. nunc ostendendū. versi. 18. Et hoc quod  
 dictum est, defectus iuris positivi tolli per dictam clausu-  
 lā, procedit de iure communi: tamē secundū regulas Can-  
 cellariae nō sufficit simplex clausula, supplentes in genere,  
 nisi defectus explicitur, vel supplicatio signata fuerit per C  
 fiat, ut pertinet, ut expressè dicit vna regula Cancellariae po-  
 sita infra nu. 39. & hoc dicit Alex. post alios per eum addu-  
 ctos in consil. 195. incip. assumo. in 3. col. vers. dicit tamē . &  
 in 4. col. vers. coprobatur. in 2. vol. Ex cuius dictis arbitror  
 cōfiteāt̄ suis illā regulā. Et talis expressio defectū adeo  
 est necessaria, q. etiā si dispēsatio cōcessa fuerit motu pro-  
 prio, expressio defectū requiritur, ut probat Andr. Sicul.  
 in cab. excommunicato. in 2. col. de rescript. Tamē hoc di-  
 cti An. Sicul. iudicio meo videtur dubitabile, nisi illud in-  
 telligam⁹ procedere in defēctib. personatū, q. a in defectu  
 solēnitatis actuū nō videretur verū, ex eo quia talis defec-  
 tus etiā in genere per clausulā motu proprio, & ex certa  
 scientia purgatur, ut probat Alexan. in consil. 79. colum. 5.

D versi.circa sextum, &c. lib.1.& in consi.3.in 2.col.vol.

Et ista omnia de plano procedunt, quo ad defectus descendentes de iure positivo, ut dixi, excepto uno calato per Card. in d.versi. ceterum. qui voluit, q; per huiusmodi clausulam supplentes, non inducatur ab solutoria excommunicatione, per cle. si summus. de sen. excom. quod dictum est notabile, ex eo, quia talis defectus videtur ei iuris positivi, iuxta not. in c. veritatis. de do. & cōt. & p. Mod. in c. post cessionem. de proba. Tamen hoc ideo ei, quia per illā clausulam nō inducitur aliquid extrinsecum, neq; dispensatio, neq; habilitatio personarum. arg. con. quæ dicit Alex. in l. quidam consulebant. in 2.col. ff. de iudic. Nec minus, vt dixi, Papa per dictam clausulam.

**E** plet defectū naturalem, qualis est citatio: quæ dicitur de iure naturali & diuino, vt probat Abb. in c. i. de m. pos. & prop. per bonas rationes, quas latius cōprobavit Io. Rogerius de la Mota Mod. repetens in 4. notab. hi est, q; per Papā nec alium Principem citatio tolli vel pluri potest, vt tradūt ibi p̄fati Mod. post Maria. in tri. cīta. & Fely. post Inn. & omnes in c. quæ in ecclesiariis consti. Imo etiam in casu in quo dispensare posset, nō intelligitur velle supplere defectū, nisi exprimatur, vt nō Fely. in c. postulaisti. in 17. col. versic. tertius casus. de.

Et quod dictum est de citatione, idem est in consi. quem Papa non potest supplere: vt vult notab. Io. Am. Pan. in c. per venerabilem. qui fil. sicut legi. vbi dicunt quod.

**F** Papa non potest inducere matrimonium supplendo consensum, cūm ille sit de iure naturali. Et eo dem modo in signatura Papæ solet supplere defectum mandati. Nam processus est nullus, vel sententia nulla, ex defectu mandati non potest talis infirmitas secundum stylum Romanari, etiam refectionis expensis, iuxta text. in c. in notitia procul. & in l. licet. C. eod. tit. nec iste defectus iustificatur ex eo, quia reus malitiosè tacuit, nō opponendo in tempore exceptiones mandati, & sic dedit causam, vt laboribus & expensis fatigaretur, propter quod videbitur eidem teneri ad expēsas, iuxta c. exceptionem. de emenda. Et quod notab. scribit Egid. conclusione 226. inc. in c. fa, &c. quia debet imputare sibi pars, quæ ante omnia perquisuit mandatum, nec excusat si processit sine m.

dato propter culpam iudicis non requirentis in principio A  
 litis de legitimatione personarum , prout facere teneba-  
 tur, iuxta tex. in c.i. de accus. & in l. si queramus. ff. de testa.  
 & L. quidam referunt. versi. esse enim debet. ff. de iu. codic.  
 & in l. si in diem. in princ. ff. de condi. & demonst. Nam, vt  
 dicit gl. in l. vt liberis. C. de colla. in primis querendum est  
 de personis , quæ ante omnia sunt legitimandæ per iudi-  
 cem, qui potest & debet ex officio compellere procurato-  
 rem exhibere mandatum , ne ipse iudex laboret in va-  
 num, vt dicit gl. not. in c.i. versic. absentia. de elect. lib. 6. &  
 ponit Roma. in consi. 60. in fi. Nam ista culpa iudicis non  
 excusat partem, quæ hoc etiam inquirere debuit. nam qui-  
 libet tenet esse diligens in perscrutando & bene viden-  
 do quæ sibi expediunt , prout faciunt Florentini , qui se- B  
 cundum Pet. de Anch. in consi. 305. presumuntur diligen-  
 tes. Nam, vt dicit Joan. Boccacius , Non ha desse loasco,  
 chihâ da si con tosco. Et ideo talis negligentia sibi im-  
 putari debet : dicta ergo nullitas est insanabilis propter  
 defectum consensus qui exigitur in mandato procurato-  
 ris. Hinc est, quod mandatum per mille annos non præ-  
 sumitur, vt dicit Bal. in l. i. C. de re. ali. non alie. & in l. 2. C.  
 si ex fal. instru. & hoc propter defectum consensus.

Sed ista omnia limitantur non procedere, quando in  
 actu antiquo mandatum enuntiatur : nam tali casu man-  
 datum præsumitur interuenisse , vt tenuit idem Bald. sibi  
 contratus in quadam suo consil. quod refert, & sequitur  
 Curnus in consi. 67. Et ita secundum ista consilia iudicauit C  
 Rota per tres instantias in causa Tridentina confinium  
 coram R.P.D. Iacobo Simoneta, de anno M. D. X VI. vt la-  
 tiſſimè refert dominus Guli. Casiō d. in quadam decisio-  
 ne sua incip. lata erat sententia, q. uo in loco innumerabi-  
 les rationes ponit, propter quas motus fuit tunc Rota ad  
 tenendum istam limitationem ad dictū Bal. in d. l. 2. quod  
 enam limitat Fely. in c. sicut. in 17. col. de re iudica. Et isto  
 tali defectus mandati est sanabilis.

Et quod dictū est de defectibus citationis & mandati,  
 quæ regulariter in hac signatura iustitiæ non sanantur, id ē  
 est in defectu iurisdictionis & competentiæ, quæ nec etiā  
 sanantur: quia vbi non est iurisdictio processus, & inde se-  
 quita sunt nulla, non solum ex defectu consensus, sed etiā

D propter defectum solennitatis, quæ non potuit coram  
no iudice interuenire, ut dicit Abb. & alij in c. significat  
in penult. col. de fo. compe. Et iste defectus iurisdictionis  
est tam infestus & scabiosus, q̄ rescriptū sanans omnia  
& quascunq; nullitates, non comprehendit sub illa generalitate  
verborum defectu iurisdictionis, ut tradidit Dic.  
post glof. fi. in cle. i. de sequestr. pos. & fruct. Nam iuriſ-  
tio est lapis angularis iudicij, de qua in primis & an-  
omnia constare debet, ut in c. cūm in iure. de offi. delega-  
Hinc evenit, quod licet contra tres sententias conformes  
non possit opponi aliqua exceptio, donec sententia fu-  
rint executæ. cle. i. de re iudi. non tamen excluditur ex-  
ceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis, secundum Dic.  
ibi. & hoc videtur sequi Cald. in consl. 8. titu. de re iudi.  
tenet expressè Pet. de Anch. in consl. 68. excellens dom-  
ni. in 3. col. & illam glof. d. cle. vnicæ sequitur Soci. consl.  
274. col. pen. cum pluribus concord. ut scribit Decius  
consl. 38. circa primum. col. 5. facit quod in simili dicta  
in l. i. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clám.

Isti igitur tres effectus enumerati, videlicet, iurisdictio-  
nis, citationis vel mandati, sunt veluti tres illæ infirmita-  
tes insanabiles, veluti podagra, rabies, & lepra, iuxta  
Ouidij 2. de Ponto,

Soluere no do sam nescit medicina podagrum,  
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Aliæ tamen nullitates per signaturā facile sanantur.  
F iuncta illa clausula, Resectis expensis, ut exemplum pos-  
dominus Gulielmus in collectaneis decisionum, deci-  
cipiens, firma est propositio.

Et eodem modo reparantur per istam signaturā iuris-  
tum, quæ fuerūt à principio litis inualida, si lite pende-  
superueniat bonū ius. Nā tali casu facilē obtinetur com-  
picio, q̄ auditor attento bono iure oratoris procedatur  
hoc nouo iure, ut exemplificat Gemi. in cōsl. 79. & Ro-  
299. & Egid. consl. 35. quia talis commissio erit in al-  
lite pendēte acquirere mihi ius bonū, etiam post condi-  
tionem cause, ut dicunt predicti Doct. & notabiliter firmi-  
deim Egid. in decis. 662. & decis. 102. declarando, ut ob-  
eum, qui ponit practicam citandi ad dicendū contraria-

iura nouiter producta. & idem dicit Abb. in c. fi. vt li. pend. A  
cum concor. vt scribit Deci. in c. i. in 2. col. de confir. vtil.

Sed aduertendum est, q̄ ista quaꝝ dicit Egid. & prædicti  
Doct. de plano procedunt in beneficialibus, secus tamen  
in profanis, quia in illis ius de novo emergens post con-  
clusionem in causa censetur obuenire post sententiam: &  
ideo requiret nouū iudiciū, & nouam telam, vt dicit Bart.  
in l. si mater. §. eandem. in fi. ff. de excep. rei iudi. cū cōcor.  
vt tradit Alex. in consil. 36. inci. vertitur lis. in 2. col. & cons.  
150. col. fi. lib. §. & ideo prima terminorum obseruatio hoc  
casu nō sufficeret, vt dicebat Egid. quia in profanis requi-  
ritur, q̄ ius illud obuenierit ante conclusionē in causa, vt  
tradit idē Alex. in consil. 177. viso themate. col. fi. lib. §. De-  
clarando tamen, vt notab. scribit Paul. de Cast. in l. si ne- B  
cessarias. §. fi. ff. de pign. actio. & aliquid per eundem in l.  
cū vir. ff. de vſucap. Et isto casu putarem in euentum in  
quem Papa per commissionem suam mandaret auditori,  
q̄ ex eisdem actis procederet, attento bono iure post cō-  
clusionem acquisito, quod lēderet aduersarium, & vti pos-  
set exceptione regulæ de non tollendo ius quæsitum, vt  
Roma. dicit in consil. 176. col. pe. sicut iudex qui admitteret  
articulos post terminū, diceretur me grauare, vt in decis.  
27. in nouis. de quo in dicta regula mētionem feci: saltem  
hoc negari non posset, qui nouum ius acquisiuit, debere-  
tur alteri cōdemnari in expensis, qui frustratoriè vſque ad  
conclusionem fecit illum litigare super malo iure. nam si C  
a principio bonum ius produceret, fortè pars nō conten-  
deret, sed liti cederet, nec laboribus & impensis fruſtrā  
grauaretur. Ex quo igitur temerē fecit illum litigare, iustā  
litigandi causam habuit, & ideo videtur eidē condemnan-  
dum in expensis: argu. l. eum quem temerē. ff. de iudic.

Hoc tamen limitat notab. secundū distinc. Bar. in l. non  
potest. ff. de iudi. vt ibi per eū. Secundò limita hoc proce-  
dere, quādo ille idē qui incepit, & mouit litem sine aliquo  
iure, & acquisiuit nouum ius post conclusionē causæ, esset  
qui sententiā in fauore canonizatoriā noui iuris reporta-  
ret: secus verō si aliis in locū eius per eius obitū subroga-  
tus illā obtineret, quia tali casu cessat ratio d. l. eū quē te-  
merē, q̄a hoc casu cōdēnatū nō potest de isto subrogato  
cōqueri, q̄ eum temerē & frustratoriè fecerit litigare vſq;

**D**ad causæ conclusionem, & ideo pœnam quam merebus primus litigans, nō debet iste subrogatus incurere, quoniam non videtur subrogatus quo ad pœnam quæ accidentia prouenit, ad ius, ut probatur in l. item venient. §. et prædiximus. ff. de peti. hær. facit l. i. ff. de in lit. iur. prel. tim, quia in beneficialibus creatur nouum ius per subrogationem Papæ, & non transfunditur illud idem quod habebat defunctus, ut tradit lo. And. in c. si tibi absens de præben. lib. 6. & in c. i. & 2. vt lit. penden. eodem libro.

Et secundum hoc esset dicendum, quod subrogatus pœnitionem ad prosecutionem executorialium testetur de novo petere sibi decerni executoriales, licet si fuissent decretæ pro defuncto, & etiæ deberet eas de-

**E**uo intimare cōdemnato, licet defunctus eas iam intimebat: quia si illud est accidentale, in subrogatum non transfunditur, præsertim quia si in eo creatur ius de novo, debet intelligi cum qualitatibus suis ut nihil habeat ex quo. Tamen in istis duobus casibus contrarium tenuit. Ita in vna Aurien. monasterij de Ossera coram R. D. I. Paulo Ptolomæo, pro reuerendissimo Card. Farneto cancellario. Nam in dicta causa voluit Rota post plures informationes aduocatorum & propositiones causæ executoriales iam decretæ in personam defuncti, non haberent de novo decerni propter subrogatum, etiæ si fuissent decretæ vigore sententiæ latæ per contradictionem, qua fuisset appellatum à die notitie, que appellatio fuisse exequi posset executoriales prius decretas. Pro quod dico. Itale paetum. §. qui prouocauit. ff. de paet. & Fely. in parte. el 2. in antepenult. col. de script. Et ita Rota conclusit, quo ad istud primum caput, die 17. Martij 1518.

Tamen circa hoc est aduertendū, quod ista processus post appellatio nē & restitutionē latæ fuissent validissent in rem iudicatam, quia isto casu decernendæ sunt nouæ executoriales, nec signatura cōcederet cōmisione. Quid sit locus primis executorialibus decretis vigore sententiæ. Ita dicit D. Guliel. Cassiod. cōcluimus signatura iustitiæ ipso p̄fente. Ratio fuit, quia per re

tionem euacuatæ fuerunt primæ executoriales, & impedi- A  
ta executio. c. fuscitata. cum g' of. de rest. in integ. cum vulg.  
ergo requiritur, quod de nouo decernatur vigore ultima-  
rum sententiarum, quia actio nō nascitur ex prima senten-  
tia, sed ex secundis, ut not. Bar. post glo. in l. eos, in ver. iniu-  
stam. C. de appella. cum aliis cōcor. ut scribit domi. Guliel.  
in quadam decisione incip. habueram sententiam &c.

In secundo vero capite, videlicet, quando iam prius fue-  
rat, per defunctum facta intimatio executorialiū condem-  
nato, nūquid subrogatus ad prosequutionem executoria-  
liū debeat iterum de nouo eas principali condemnato  
intimare, fuerunt variae inter dominos opin. Nam quidam  
dicebant requiri intimationem de nouo, ex eo, quia plura B  
poterant per condemnatum contra subrogatum opponi,  
quæ forte non militabant contra defunctum, iuxta ea que  
dicit Card. in cle. i. de sequestra. pos. & fruct. adducebatur  
ad hoc etiā decisio Rota. 320. licet in causis. in nouis. quæ  
voluit nouam gratiam intimandam reo etiam contumaci  
propter prædictam rationem, quia forte poterit eam de  
subreptione impugnare, præsertim, quia hic agitur de pri-  
uando à beneficio, & de incurrēdis censuris, quo casu  
quando de priuatione agitur, gratia noua intimari debet  
de nouo, ut dicit decisio Rota. 750. in antiquis. Et ideo do-  
mini in vna Cremonen. pensionis. Prioratus dixerunt ne-  
cessariam fuisse intimationem, nō obstante notitia rei va- C  
ga quando agebatur de incurrēdis censuris, & priuatione  
beneficii vigore bullæ expeditæ, quo casu certa & in dubi-  
tata notitia, & citatio personalis requiritur, iuxta not. per  
Fely. in c. quoniam. §. porrò. col. antepen. vt lit. non contest.  
& in c. cum contingat. col. pen. de rescript. & tenet R. in  
consil. 481. incip. in casu præmisso, in 2. dubio. & ita iudica-  
tur Rota in dicta causa. Cremonen. coram domino Chri-  
stophero Panigarola die. 10. Decembris. M.D.XXIX. sic vi-  
deatur hic dicendum.

Tamē istis nō obstan. Rota in dicto casu determinauit,  
non tequiri intentionem executorialium iterum fieri reo  
condemnato, ex quo iam fuerant prius intimatae, sed suffi-  
cere eas intimari eius procuratori apprehenso in curia. Ita  
conclusit & iudicauit Rota in eadem causa Aurien. coram  
codem domi. Io. Paulo. 23. Ianuarij eo. anno. M.D.XXXVIII.

Y

D Voluerunt tamen domini quod procurator, cui secundum  
loco intimari debebant executoriales, posset petere  
tiones ad partes ad consulendum dominum.

Non obstant modo decisiones superius in contrarium  
alleg. videlicet, decis. 750. in antiqua quia illa decisio pro-  
dit in principali gratia priuationis, secus in accessoriis: ve-  
de si reus fuisset citatus in negotio principali, & pendente  
lite obtenta esset gratia si neutri, continens priuationem  
sufficeret illam intimare procuratori domino litis in causa  
apprehenso. Ita tenuit Rota in una Couverlana Archipre-  
teratus coram me mense Februario. M. D. XXXIIII. & in  
limitarunt dictam decisionem. 750. Nec obstat dictum Ca-  
dina. in d. clemen. i. & decisio. 320. quia illa proceditur  
gratias obtentis lite pendente ante sententiam, secus in ne-  
gotio executivo, quia ne per friuolas exceptiones fore  
requirentes altiorum indaginem executio impeditur. Et  
ta prima intimatione, non requiritur alia: & ratio est, quia  
illa exceptio subreptionis vel inhabilitatis que oppo-  
poterat in causa illius decisionis. 320. extinguitur per  
transitum in rem iudicatum, ut dicit Abb. polt Inner  
cap. constitutus. versic. extra glos. de rescrip. facit l. filii  
C. de ordin. cog. Nec minus obstat. decis. nouissima fuit  
d. causa Cremonen. quia ibi prius non fuerat facta  
intimatio, prout hic, quo casu intimatio principalis re-  
ritur, sed hic sufficit, quod secunda fiat procuratori.

Est tamen vterius aduertendum circa praedictam regula-  
lam 29. que requirit expeditionem bullarum praembulam.  
F jurisdictio, quia illa regula procedit in literis super pri-  
bus ius actoris principaliter fundatur: secus vero esse  
iure opitulatio ad ius principale, ut sunt gratiae, penas  
de valere, nouae prouisiones, & alia huiusmodi, quae  
tales gratiae non pertinetur canonizari, nec illarum pri-  
re aliquid adjudicari, non requirunt literarum expedi-  
tionem, & in talibus regula non procederet. Imo si quis  
super illo iure, quod petitur canonizari, esset expul-  
sus cum mille defectibus, satis factum videtur regula  
superius in questionibus dixi. Nec obstat, quod in ex-  
missione inest tacita conditio, quae aliquando etiam in  
gnatura moderna exprimitur, videlicet, quod ita de  
jurisdictione detur, quatenus literae prius fuerint expedie-

cui secundo  
set petere d  
n.  
in contraria  
decisio pro  
accessoria: v  
li, & pendan  
s priuationem  
no litis in cura  
a Archipres.  
xxiiii, &  
rat dictum Ca  
a proceduram,  
secus in ac  
ceptiones for  
impeditur, &  
& ratio eque  
is que opp  
extinguatur p  
b. polt Inno  
facit l. fin  
uissima fide  
rat facta a  
incipialis no  
curatori.  
rædictam ne  
in præambulo  
iteris superio  
cus vero che  
t gratia, per  
ulmodi, que  
ec illarum op  
arum expell  
et. Imo si sit  
, effent exp  
ur regulas, p  
, quod d' in co  
ndo etiam m  
quod ita dem  
erint expell  
q

qua conditio in forma specifica impleri deberet, iuxta l. A  
Maxius. & l. qui hæredi. ff. de conditio. & demonstra. quia  
respondetur, leges illas procedere in conditionibus dan  
di, secus in conditionibus faciendo, vt hic, quia possunt  
tunc conditiones in forma æquipollenti impleri, vt patet  
in l. in conditionibus. §. si patronus. eod. titu. & limitat la  
tius illas. ll. Moder. Galiaula in l. j. §. si stipulanti. ff. de verb.  
oblig. notabiliter Decius in rubrica de probat. in antepe  
nultima colum.

Confirmatur ista opinio ex his quæ quotidie in signatu  
ra iusticiæ in simili casu practicantur, videlicet, quâdo cau  
sa pensionis committitur cum clausula absque retardatio  
ne solutionis pensionis. Nam illa clausula concedit etiam  
auditori iurisdictionem sub conditione, quia illa verba, si  
ne retardatione, sunt ablatiui absoluti, quæ resoluuntur in  
conditione. vulg. l. à testatore. ff. de conditio. & demonstr.  
Adeo quod iudex non posset procedere, nisi prius soluta  
pensione. Et tamen illa conditio recipit limitationem, &  
declarationem ex interpretatione signature, & Rotæ simi  
lem casui præcedenti, videlicet, nisi ex productione bullæ  
referentis ipsius pensionis resultaret exceptio, per quâ  
iuste denegari posset solutio, quia tali casu non diceretur  
retardari, & iudex siue auditor procedere poterit, etiâ nō  
facta solutione, per ea quæ dicit Bart. in l. j. §. & parui. ff.  
quod vi aut clâm. Et est aduertendum, quod isto casu signa  
tura dat commissionem cōsilio de bono iure, vt iudicavit  
Rotæ annis præteritis in vna Toletana præstimoniorū co  
ram me pro domino Petro Pacheco coram Io. de la Raya.  
que sententia postea confirmata fuit per R. P. D. Marcell  
lum. Et ille casus fuit magis difficilis, quâm iste de quo agi  
tur, ex eo, quia ibi D. Petrus fuerat iam prius condemnatus  
per auditorem cameræ ad soluēdam pensionem, & ni  
hilominus data fuit illi commissio, quod constito ex eis  
dem actis de bono iure, & non iure aduersarij, ego proce  
derem sine illa clausula absque retardatione.

Et per prædictam doctrinam Barto. in d. §. & parui. fuit  
eniam in signature de cisis alius notabilis casus in propo  
sito, vt refert Domi. Ant. de Burgos Hispanus in quibusdā  
notis signature, videlicet, quidam Titius habebat faculta  
tem transferendi pensionem, quam faciebat sibi Gaius be

Y ij

**D** neficiarius ex forma bullæ , cum hac tamen conditione quod quando Titius pensionem in alium transferret, deberet prius infra tres menses intimare sibi translationem siendam: alias translatio esset nulla. Accidit quo Titius non facta aliter intimatione Gaio transluit pensionem in Martinum, Martinus adueniente termino foemini petit pensionem sibi translatam à Gaio debitore, contra quem recusantem soluere commisit causam cum illa clausula sine retardatione. Gaius negat se teneri ad pensionem, ex eo, quia sibi infra tres menses non fuerunt intimatae bullæ translationis , ut cauebatur in bulla. Martinus replicabat Gaium non esse audiendum ante solutionem propter illam clausulam commissionis, sine retardatione solutionis pensionis . fuit conclusum in signum Gaium audiendum, & esse dandam illi commissionem rectam eidem auditori , quod constito de exceptione. Gaij resultante ex inspectione literarum, nō teneretur terim soluere. verum, quia super hoc multum contenditur, fuit de consensu partium sic modificata commissionem hac clausula, videlicet, data tamen cautione in formam depositi de pensione soluenda in euentum succumbentis & fine ista clausula commissio fuisset concessa, si parvam cautionem non obtulisset.

Et est aduertendū, quod licet inferiores à papa possunt super beneficiis pensiones imponere in casibus notariis Paulum Romanum in tractatu Pensionis. quæst. i. num. F. 11. & quæst. 4. num. 10. & habetur in cap. pastoralis. de quæ si. à prælat. & in c. nisi. vbi Abb. in si. de præbend. Item in illis pensionibus de stylo signature non soleantur commissionibus apponi dicta clausula, sine retardatione secus est in pensionibus impositis per papam. Ratio distinctionis est, quia inferiores à papa nō possunt, nisi certis casibus, & causa expressa imponere pensiones, que nō accidunt ad successores, ut not. Ioan. Baptista de S. Seuerino tract. penult. quæst. 4. & doct. in c. extirpanda, §. ii. de præbend. Et quia dubitari potest, an pensio imposta fuerit iusta causa, & in casibus pmisis, propterea in talibus pensionibus impositis per inferiores à papa, nō ponitur clausula, quia non est honestum, quod illico sine discussione habeant executionē paratam. Sed in papam

attinet dubitare de potestate, cū omnia possit. ideo pen-  
siones ab eo impositæ non possunt recipere dubium quin  
valeant, ideo debent statim exequi, & propterea in eis ap-  
ponitur dicta clausula, & ita fit differentia inter superiori-  
rem & inferiores. Et quia etiam est honestum, quod pësio  
assignata ex mandato papæ debeat magis efficaciter solui  
& impleri, quam imposta per inferiores. arg. c. si quando.  
de tñc. Præterea est aduentendum circa dictam clausu-  
lam sine retardatione, quod quando prædecessor meus dia-  
non soluit pensionem, datur commissio super inualiditate  
pensionis sine dicta clausula sine retardatione. Ratio est,  
quia est præsumptio, quod pensio fuerit extinta, cum nō  
sit verisimile, quod tanto tempore neglexerit eam petere.  
arg. cap. super hoc de renun. Et ideo præsumitur eam ha-  
bete pro de relicto, iux. not. per Abb. in ca. cõrigit de do-  
lo & contum. Et ista præsumptio est fauorabilis ecclesiæ,  
quæ sic liberatur à seruitute, & benignior reputatur in du-  
bio illa interpretatio quæ pro libertate facit. cap. pen. de re-  
ind. Hinc est, quod licet impositio pensionis requirat au-  
toritatem papæ, & partium obligationem, quia grauatur  
beneficium seruitute, ut in cap. prohibemus. de censib. cas-  
tatio tamen, sine liberatio pensionis fieri potest sine auto-  
ritate papæ, sola simplici cedula, ut dicit Alexand. in cap.  
Agatof. 63. distin. cuius dictum approbatur à Rota.

Est & aliud casus in quo non apponitur dicta clausula,  
videlicet, quando successor committit causam nullitatis  
pensionis impositæ suo prædecessori per arbitrios à colli- C  
tigantibus electos. pro quo facit dictum Rom. consil. 369.  
in 4. dubio. in 2. colum.

Est & aliud casus in quo dicta clausula sine retardatione  
poni non debet, videlicet, quod unus imposuit pensionem,  
puta centum ducatorum super pluribus beneficiis suis. Nā  
si postea ille moriatur, & beneficia diuidantur in plures, &  
pensionarius velit quemlibet possessorem beneficij insolida-  
num ad soluedum pensionem conuenire, sub pretextu, quia  
pension habet executionem paratam, & obligatos omnes,  
sicut obligatio in forma camere, nihilominus non dabitur  
ei commissio sine retardatione. Ratio est, quia possessores  
beneficiorum non tenetur ad totam pensionem insolidum,  
sed pro rata. Ut conclusit Rota die 16. Martij. m. d. xxxixii.

Y. iij

D coram Dom. Io. Clerici in vna decis. per dictum Abb. in  
cōstitutus. per illum text. de relig. domi. Et quousq; idem  
cognoscat, quā sit rata pensionis, & discutiat valorem  
mnum beneficiorum, pensio non potest dici liquida, idem  
nō debet dari clausula sine retardatione. Et eodem modo  
quando Episcopus imponeret pensionem super beneficium  
iurispatri. laicorum sine patronorum cōsensu, quod videlicet  
posse facere, dummodo nō transeat ad successores, et non  
glos. in cap. ad h̄c. de offic. vica. & licet Propositus in cap.  
quando. versic. quid si rector. sentiat contrarium, tamē  
dicio meo non debet cōcedi dicta clausula, quia potest  
bitari de potestate imponētis pensionem, per dicta Rota  
in tract. iurisp. in verbo honorificū. in 3. quest. & incen-

E pensio non debet habere executio nem paratam.

Et eodem modo est dicendum in calu in quo petetur  
pensio à beneficiato, qui fecit plures impētas in recuperatione  
do beneficium, & eius possessionem, & vult quod pension  
rius contribuat. Nam licet contribuere nō teneatur, quod  
lominus quia hoc recipit probabile dubium propter con-  
siderationem argumentorum, quæ possent fieri de. l. 2. §. 3. co-  
seruatis. circa fi. & l. amissæ. in fi. & l. nauis. ff. ad. l. Rhein-  
iac. Et quia semper debet solui pensio donec declinare  
nulla. cap. querelam. de ele. Et. propter istas probabili-  
bitationes nō debet dari clausula sine retardatione. Et  
esset, quando ille in quem translata est pensio, in alio casu  
de facto transstulisset de consensu beneficiati, quia hoc  
F su clausula sine retardatione non debet dari.

Et tamen vnum aliud notandum, quod de stylo figura-  
rē in casibus, in quibus datur dicta clausula sine retar-  
datione, debitori ob non solutionem pensionis, non con-  
ditur beneficium. cap. Odoardus.

Tamen ad hoc est aduertendum, quod putarem ergo  
lum istū procedere, quando debitor pensionis cōcessit  
eius impositioni personaliter. Nam tali casu ex quo in  
consensu inest iuramentum, & obligatur in forma cam-  
non esset honestum postquam habet beneficium, ad cuius  
regressum se obligauit, ob nō solutionē, quod iuuenie-  
ceptione dicti cap. Odoardus. vel alia simili, per ea que-  
cta sunt, quia potius debet dimittere & restituere bene-  
ficiū quod accepit. Nā nō est honestū, quod retineat bene-  
ficiū.

ficium, & quod non soluat: alias facile illi daretur occasio A  
 & ansa peierandi. Nec isto casu si denegatur illi auxilium  
 dicto cap. Odoardus. fit illi iniuria, quia scienti & volenti  
 non sit fraus necq; iniuria. vulg. cap. scienti. de reg. iur. lib. 6.  
 Et quia juramentum est personale, debet per ipsum iuran-  
 tem impleri in forma specifica. c. debitores. & cap. ad no-  
 stram de iure iuri. Sicut etiam videmus, quod beneficiū il-  
 lius cap. non datur, etiam condemnato per tres sentētias,  
 vi conclusit Rota in vna Senen. coram D. Christophoro  
 Panigarola. 10. Decembbris 1529. per not. per Bald. in l. i.  
 C. qui bon. ced. poss. Aretin. & Iaf. in §. f. i. nſtit. de action.  
 sed predicta non militant quando consensus per alium est  
 praetitus. Hinc est, quod de stylo Rotæ & curiæ quando  
 quis cōsensit personaliter reservatione pēsionis sub solitis B  
 cēlētis & pēnis, illas cēfuras & pēnas incurrit, si in tēpo-  
 re non soluit, etiam sine aliqua alia literarum intimatione.  
 Secus est quando consensit per alium, quia tunc requiritur  
 intimatio, prout in vna Ladisladien. canonicatus, & prēbē  
 dū iudicauit Domi. Guliel. Cassiod. de mense April. 1521.  
 super quo latissimam decisionem ipse scripsit, quæ inci-  
 pit, dubitauit in vna, &c. quam non curro referre.  
 Et bene verum, quod aduersus debitorem pēsionis per  
 predecessorē impositā, posset procedi per viā commis-  
 sionis in vim monitorij per auditorem camera ad solutio-  
 nem pensionis absque alia intimatione literarum: tamen  
 non posset contra illum procedi ad pēnas, vel censuras,  
 nisi ut præfetur, personaliter consentiret, de quo quidem C  
 stylo etiam meminit idem D. Guliel. in quadam alia deci-  
 sione signaturæ posita inter decisiones Rotæ, quæ incipit,  
 proposui etiam cōmissionem, &c. vbi quasdam super hoc  
 rationes assignat, quæ possunt ibi videri.

### REGVLA DE SVBROG ANDIS COLLIGANTIBVS.



TEM, idem dominus uoster litium succindere cu-  
 piens anfractus, & ne nous colligantibus aduer-  
 sarij dentur, prouidere: voluit, statuit, &  
 ordinavit, quod quotiens deinceps aliquem super  
 quous ecclesiastico beneficio colligantem in iure,

Y ivij